¶ Ex predictis infertur q debitor solidoꝝ paruorum Mediolani longo tempore decurso quoꝝ. lxxx. ⁊ sic. iiij. libre faciebant ducatum seu florenum auri nō possit loco antiquoꝝ soluere de nouis qui sunt vilioris metalli vel minoris ponderis: sed dʒ soluere de antiquis si reperiantur vel de nouis ad estimationem antiquoꝝ hoc modo: q: cum. lxxx. ex antiquis facerēt florenū auri seu ducatū ex nouis sint necessarij xcij. vel. xciiij. tenebit loco. lxxx. ⁊ ex antiquis dare. xcij. vel xciiij. ex nouis. Et idem econtra si noui essent meliores: q non teneretur debitor dare tot de nouis sed tanto minus: puta si. lxxx. ex nouis facerēt florenum auri ⁊ debitum esset contractū tempore quo florenus auri valebat. xcij. qui erāt vilioris metalli vel minoris pōderis. nā debitor soluet. lxxx ex nouis loco. xcij. ex antiquis. Et hoc verū est etiā si ex mādato principis moneta noua lʒ vilior aut minoris ponderis successerit loco antique taliter q pro tanto expendatur q̄tū valebat ⁊ valet antiqua melior per tex. in. d. l. paulus: sʒ attenta consuetudine soluendi in alia materia: secus esset fm Albe. de ro. in. d. l. cum quid in fi. cōnieu. ⁊. j. dicetur in. ij. limitatione nō. Jo. and. in addi. Specu. in ti. de solu. §. nunc aliqua in fi. in addi. incip. olim: nam si pro. lxxx. ex nouis vilioribus potest haberi florenus auri sic pro. lxxx. ex antiquis melioribus haberi poterit: nullū adest interesse creditoris ⁊ hoc etiā tenet do. Soci. in eadem. l. cum quid. j. cōclu. vbi dicit: q pōt solui de noua viliore: q̄n successit loco antique si consuetudo ita se habeat: aliās non. Et hoc maxime procedit q: bonitas pecunie fm vsum cōsideratur: ⁊ magis est respectu vsus q̄ materie. c. quis ignorat cū glo. xxxij. q. iiij. ⁊ tex. in. c. et ciens. lxxxviij. dist. in quē text. ⁊ leg. ad hoc Panor. in. d. c. quanto in antepe. col. versi. nec obstat: nō. Oldra. in ɔsi. clxviij. incip. ad primā in. ij. dubio facit. c. ij. de maledi. dum dicit soluendam vsualem monetam ⁊ cle. si. de deci. dū ibi dicitur ad monetam cōmuniter currentem: ⁊ facit. l. imperatores. ff. de contrahen. emp. dum vult in rerum preciis cōsuetudinem obseruari facit. l. labeo ⁊ sabinus. ff. de verb. sig. cum vulg. Et fm predicta pot est saluari opinio coꝝ qui dicebant posse solui nouā pecuniā loco antique subrogatā. Esto q de antiqua non reperiatur: prout fuerunt Pet. de bellap. Odof. ⁊ Gui. de cu. quoꝝ dicta refert Albe. de ro. i. l. vnum vlt. col. ff. si cer. pe. ⁊ in. d. l. cū quid ⁊ ibi Bal. tacito auctore postposita distinctione Bal. ibi qui in suo confuso sermone videtur tenere q si reperitur de antiqua sit de illa soluendum aliās de noua fm suam estimationem ⁊ nō ad estimationem antique ⁊ latius dicam in membro sequenti ac in declara. seq. Illud bene verū puto q si ex tali solutione nouorum quis verisimiliter esset dānuʒ passurus: q: est iturus ad partes vbi isti noui viliores minus valent q̄ hic expendantur possunt recusari maxime q̄n certa species ⁊ bonitas erat in obligatione vel ex natura cōtract⁹ vt in mutuo. d. l. cum quid: ⁊ dote. d. l. res in dotem ⁊ nō. Sal. in. l. si quis argentum in prin. C. de dona. Panor. in. c. quanto in fi. de iureiur. vel ex conuentione: q: si iuxta consuetudinē velit dare de noua viliore ex principis mandato equiualente licet eo poterit recusari etiam fm cōsuetudinem que permittit in alia materia solui pecuniam. Nā si hoc permittitur vbi est eadē bonitas intrinseca existente forma tantū diuersa. d. l. paul⁹ ff. de solu. quanto magis hoc non licebit vbi est diuersitas in materia. Circa qḋ videri possunt que dicā. j. co. in. ij. limitatione ⁊ in seq. ampliatione versi. ceterū: facit qḋ dixit Jo. and. in addi. Spec. in ti. de solu. § nunc aliqua in fi. in addi. incip. notat hic vbi dicit q obligatio conuentionalis intelligitur de moneta currente tēpore obligationis iunctis his que ibidem dicit in addi. incipi. olim.

¶ Et ex his patet quomodo possit fieri solutio debiti i antiqua moneta ɔtracti. q̄n noua est vilior aut melior aut eiusdem cursus ⁊ valoris de consuetudine vel de mādato superioris licet non sit eiusdem bonitatis siue reperiatur de antiqua moneta siue non. Nam si noua esset eiusdeʒ bonitatis ponderis ⁊ cursus: cuius antiqua nullum esset dubium etsi q forma esset diuersa quo casu recurrendū esset ad. d. l. paul⁹ ⁊ ex his que in seq. decla. dicent possent hic dicta ampliari.

Secundo predicta conclusio q estimatio temporis contracte obligationis in pecunia inspiciatur procedit etiā si illa moneta sit reprobata ⁊ nō sit in vsu q: prestabitur de noua equiualente ad estimationem antique ⁊ si nō equiualeret supplendum erit in eadē bonitate ⁊ fm antique valorem anteq̄ reprobaretur fm cōmunem sententiā quā firmat glo. in. c. cuʒ canonicis de censi. But. Panor. ⁊ cōiter Cano. in. c. quanto de iureiur. Albe. de ro. in. d. l. cuʒ quid post Jac. de are. ⁊ Dy. ⁊ alios doc. per eum allegatos quos in precedenti declaratione retuli in prin. Et idem Albe. in l. vnū vlti. col. post Guil. de cu. Ange. in. d. l. cum quid. ff. si cer. pe. vbi Fran. de are. volentes hoc procedere siue debitor fuerit in mora siue nō quod ēt voluerunt Jac. de rauē. ⁊ Odofre. in. l. in minorū. C. in qui. cau. in integ. resti. nō est ne. sequitur And. de iser. l. c. i. v. volu. in tit. que sint rega. ⁊ Pe. de anch. in cle. si beneficioꝝ de deci. cū conco: p Alex. ⁊ scribētes alleg. in. l. qd te. ff. si cer. pe. vbi do. preceptor me⁹ trāsit cum hac snia: ⁊ do. Fran. cur. in. d. l. cū quid. Et hoc facit q: postq̄ pecunia est reprobata nō liberat ⁊ non est expēdibilis: nec nomē pecunie habet. l. elegāter. §. qui reprobos ff. de pig. actio. ⁊ facit tex. elegans in. l. j. C. de ve. nu. po. lib. xj. vbi pecuniā antiquā aliās probam si fuerit reprobata rōne materie vel forme possum licite ⁊ impune recusare facit: q: bonitas pecunie ex vsu cōsideratur. l. j. ff. de cōtrahen. emp. nō. Albe. in. d. l. cūm quid pe. col. ⁊ Panor. ⁊ Cano. in. d. c. quanto ⁊ dixi in prece. decla. circa fi. facit q dixit Bal. in. d. c. quanto versi. quero nunquid q estimatio pecunie non est idem qḋ ipsa pecunia nec adeo connexa: vt censeatur idem ⁊ vnū de quo. j. dicā in. iiij. declara. circa fi. Et ad id qḋ dixi de

moneta que

monēta que nō est in vsu facit ꝙ pulchre consuluit Oldr. in consi.clxviij.incipi.ad primā versi.ad tertiam: vbi dicit ꝙ si papa mandasset solui.xl.libras turonensiū in patria vbi non sunt in vsu nec habent cursum considerabitur cursus vicine regionis. alias autem considerabitur quid valeat similis ꝛ equipollens moneta p.c.olim de censi.nō. Jo.and.in rub. de cōces.preben.circa fi. vbi more suo refert verba Oldra. tacito auctore: ꝛ est glo.in terminis in verbo consuetum quā ibi sequuntur Doct. in cle.si beneficiorū de deci. ꝛ dixit Panor. in.c.cum canonicis de censi. ꝙ licet aliqua pecunia esset in vsu tempore contracti debiti esto ꝙ esset promissa. Si tempore solutionis non sit in vsu dꝫ fieri solutio de ea que est in vsu ad estimationē antique sequit Jo.de ana.l.c.ij.i penul. col. de maledi. ꝛ nō. Ant. de but.in.d.c.cum canonicis post glo.ibi. Reliqua dixi in pposito in pcedē.ampliatione vlti. ꝛ si de valore. Et predictā opi. puto tenendam tanquam cōem ꝛ veriorem limitando prout.j. dicā ꝛ quā vltra legistas predictos dixit Panor.in.d.c.quanto cōmuniter teneri a canonistis sequitur Bald.in.l.fi.ver.sed pone iuro.C.de non nume.pe. vbi loquitur in iurante soluere licet plures Doc. in hoc articulo variauerint: vt declarāt Albe.de ro. ꝛ Bal. in.d.l.cum quid ꝛ late Alex. ꝛ scribētes in.d.l.quod te vbi Bar. tenet ꝙ possit solui de pecunia reprobata eo q materia magis quam forma cōsideratur.l.quesitum.§.illud fortasse ff.de leg.iij. ꝛ loquitur Bart. qn quis pmisisset decē libras perusinorū: que pecunia fuisset postmodū per statutū reprobata ꝛ cū Bar. transit Pe.de anch.in regula peccatū.v.oppo. de regu.iur.in.vj. quod etiā voluit Cy. post Pe.in.l.in minorū.C.in qui.cau.in integ.resti.non est neces. ꝛ Cy.in.l. cum quid.ff.si cer.pe. qd procedit quando debitor nō fuit in mora sm Pe. ꝛ Cy.in.d.l.in minorū ꝛ Cy.in.d.l.cum quid vbi Ro. et ita tenet dicēs ꝙ si debitor fuit in mora post quā morā fuit pecunia debita reprobata tenetur dare de noua seu de alia ad antiquā estimationeꝫ reprobate: alias pōt dare de reprobata cū qua opi. videntur transire Host. Joā.an. ꝛ Jmol.in.d.c.quanto ꝛ Jmol.in.l.in ratione.§.diligēter.ff. ad.l.fal. ꝛ in.d.l.paulus. ꝛ Albe.de ro.in.j.parte statuto.q. cvj. ꝛ Alex.l.d.l.quod te. ꝛ Zaba. Pe.de anch. ꝛ Jmol.in cle.si beneficiorū de deci. qui respondēt ad contraria. Cum immo plus voluit Cy.in.d.l.cum quid ꝙ debitor sit liberatus tanquam species sit perempta p.l.si ex legati.ff.de verb.ob. qd nō placet sequacibus Pet. ꝛ Cy.in.d.l.in minorū: vt per Alex.in.d.l. quod te: ꝛ p Albe. ꝛ Bal.in.d.l.cū quid: q lꝫ ex reprobatione forma censeatur extincta: tamē materia est in rerum natura. Et adest alia pecunia eiusdem lige aut illi subrogata: ꝛ si quis vellet videre opi. doc.in hoc articulo videat Albe.de ro.in.d.l.cū quid ꝛ latius Zaba.in cle.si beneficiorum.xiij.q.de deci. vbi etiā late per Pe.d anch. ꝛ Jo. de imol. Illa autē opinio ꝙ reprobata pecunia vel debitum vel legatū pereat reprobatur p Albe.de ro. post antiquos in.d.l.cū quid ꝛ in.l.vnum vlt.col. post Gui.de cu. ꝛ p doc. cōmuniter in.d.l.quod te: ꝛ p Albe.de ro.in.l.ij.in penult. col.C.de iure emphi. ꝛ p doc. cōiter in.d.c.quāto: ꝛ p Zaba. Pe.de anch. ꝛ Jmol.in cle.si beneficiorū de deci. Et si quis vellet tenere hanc scdam opi. aduertere habet ad practicā quā tradit Jmol.in.d.c.quanto: dū dicit solui de antiqua lꝫ reprobata si haberi potest ꝛ si haberi non pōt solui debere de noua tantum quantum ex illa noua emeretur quantitas antique in quo posset esse vtilitas: q antiqua vēderetur tanquam aurum vel argentū in massa consistens: sed Bal.in.d.l.cum quid vult aliter: vꝫ ꝙ solui debeat de antiqua si reperiatur: ꝛ si non reperiatur de noua simili ad estimationeꝫ noue vel put valet antiqua si inueniretur: ꝛ nō esset reprobata: puta si grossoni Mediolani fuissent alicubi reprobati forte venetijs: ꝛ ibi vbi sunt essent reprobati non inuenirentur fieret consideratio quot marcellos vel marchetos valeret similis moneta nō reprobata: puta grossoni mantue qui equiualent grossonis Mediolani: ꝛ hoc velle videtur text.in.d.c.cum olim: ꝛ glo.in.d.c.cū canonicis. Retenta autē alia opi. quā puto tenendam an debeat solui de noua moneta ad estimationem antique referēdo ipsam estimationē ad presens tempus quo fit solutio an vero ad tēpus obligationis patet veritas ex his que dicam in.iiij. declaratione.

¶ Ceterum est aduertendum: q Jmol.in.d.l.paulus.ff.de solu. nisus fuit concordare opi. ponderando ex qua causa cōtigerit reprobatio. Dicit.n. ꝙ si reprobatio fuit causata ex eo: q post tempus contractus pecunia tanquam minoris ponderis aut nimis erosa esset: tunc non dꝫ esse periculum creditoris sed debitoris etiā si debitor nō fuisset in mora: ꝛ idē voluit Jmol.in.d.c.quāto.iij. ꝛ.v.col. p.l.creditor in prin. sm veram lecturam que cōmuniter tenetur vt ibi dicit ipse Jmol.ff.de solu. Et ita intelligit glo.in.d.c.cum canonicis. Alias autē si fuisset reprobata ratione forme ꝛ non materie periculum ꝛ dānum spectet ad creditorem: ita ꝙ sufficit soluere ipsam pecuniā reprobatam motus post Host. ꝛ Jo.an. in.d.c.quanto: q sicut non lꝫ creditori soluere in alia forma: qn creditor esset dānum passurus: vt dicit tex.i.d.l.paulus: ita dꝫ esse econtra ꝙ debitor non teneat soluere in alia forma: qn est dānum passurus arg.l.pe.C.de solu. ꝛ.l.fi.ff.de accep. ꝛ.l.fi.C.de fru. ꝛ lit.expen. ꝛ.l.si cū dico.§.arbiter.ff.de arbi. Et hec concordia fuit sumpta ex verbis Host.in.d.c. quanto quē latius refert Zaba.in.d.cle.si.in.xiij.q.de deci. Cogitabam: q articulus est disputabilis esse distinguenda singula membra que i hoc passu occurrere possunt. Quandoque enim pecunia debita non in totuꝫ sed pro parte reprobatur q diminuitur in valore propter defectum bonitatis intrinsece que aderat tempore contractus: puta q pecunia erosa que plus debito expendebatur fuit reducta ad minorē ꝛ est materia examinanda.j.in.v.declara. ꝛ pcedit qn erat erosa tempore contractus vel debilis. Quandoque autē tempore ɔtc̄ aliqua pecunia debita: puta grossoni Mediolani erat boni argenti: puta de liga.xj.denariorū cum dimidio ꝛ post cōtractuꝫ fuit facta debilior: puta de vndecim denarijs vel circa: vt quandoque vidim° ꝛ ex hoc fuit diminuta in valore ꝛ pro parte reprobata: ꝛ tunc est materia de qua dictum fuit in pceden. decla. Quandoque autē pecunia debita in totuꝫ reprobatur ꝛ hoc pōt esse dupliciter: nam potest quis esse debitor certe speciei monete forte grossonorū Sabaudi. quandoque certi generis: puta centū florenorū sab. qui floreni valent duodecim grossos pape vel sabaudie. Et pōt poni exemplum ꝙ Mediolani vel Venetijs talis moneta sit reprobata. Idē si serenissimus Rex noster reprobasset post adeptum ducatū Mediolani omnem monetā per principes qui ante illum tenebant fabricatam ꝛ hoc casu videtur: ꝙ si precessit mora debitoris dānum sit eius p.d.l.creditor in prin. ꝛ idē si precessit mora creditoris: vt ibi a contrario sensu cū concor.ā.allega. Non tamen p hoc dico ꝙ creditor cogatur recipere de tali pecunia reprobata que nō est expēdibilis: ꝛ maxime qn cursus eius est sub pena prohibitus.d.l.eleganter.§.qui reprobos cū sit pmissum p.l.paulus la.j.ff.de solu. ꝙ possit solui de alia simili moneta: lꝫ diuerse forme ꝛ multo magis prouidet ɔsuetudo que admittit ꝙ possit solui de alia moneta diuerse materie ꝛ forme pportionabiliter equiualēti ꝛ tunc ratio dāni etiā de quo l.d.l.paulus imputabit moroso hoc modo q cum ista reprobata minus valeat: q habetur tanquam aurum vel argentū in massa consistens dānum expense qd cōtingit occasione fabricature alteri° monete imputabitur moroso. Nam si creditor fuerit morosus tanto minus dabitur quantum constat expensa: ꝛ si debitor fuerit morosus dabit de simili moneta absque eo ꝙ habeat ratio talis expense taliter ꝙ interesse talis expēse ipse debitor morosus sustinebit si habuerit illaꝫ pecuniā reprobatam penes se. nā si de tali pecunia non haberet nulla est.q.interesse dāni sed lucri: q posset de illa emendo ꝛ dando creditori tantū lucri facere quantum ascēderet dicta expensa de quo interesse lucri nō habetur ratio etiam in morosis: vt dicam.j.in.j.limitatione.

¶ Si autē nulla precessisset hincinde mora: q antequam euenisset dies solutionis pecunia fuisset reprobata: tūc dicit.d. l.creditor ꝙ periculum ꝛ dānum est debitoris si de illa habeat: vt dixi. Nam postquam est dñs pecunie quā debet ad eum spectat periculum.l.id qd in prin.ff.de peri. ꝛ cōmo.rei vē. ꝛ.d.l.qd te. ꝛ Alberi. ꝛ Bal.in.d.l.cū quid. Item nō perit forma: q ius pvidet ꝙ in alia forma possit fieri solutio.d.l. paulus ꝛ magis prouidet consuetudo: vt dixi. Ita vt non sit disputandū an de ipsa pecunia reprobata possit fieri solutio ꝛ hoc modo non est distinguendum an sit reprobata: q ex eo contaminata nam dando de consimili sm.l.paulus: ꝛ sm cōsuetudinem de alia proportionabiliter ad illā nullum reperitur damnum nisi expensa que fit in fabricando: qd spectat debitori: vt dixi nisi creditor dedisset causam reprobationi d.l.qd te: ꝛ.d.l.creditor in prin. vel nisi in eius iniuriā facta esset: vt ibi notatur ꝛ in cle.si bñficiorū de deci. ꝛ p Joā.an. ꝛ

doc. in. d. c. quanto: vbi idem dicunt si fuisset conscius fraudis. Plus arbitror ꝙ si esset pecunia totaliter erea que eēt reprobata taliter ꝙ in alia pecunia nō reciperet functionē: dānum spectaret ad debitorem. d. l. creditor in princ. quā multum ponderat Ro. in. d. l. qḋ te licet plurium doctoꝝ sententia in. d. l. qḋ te: sit ꝙ quando debitor nō fuit in mora possit soluendo de pecunia reprobata liberari est. n. inconueniens ꝙ debitor ex beneficio dilationis sibi a creditore concesse sit a damno immunis: ⁊ ꝙ creditor ex suo beneficio dānum sentiat: vt dixit Panor. in. d. c. quanto pe. col. nā si debitor sine dilatione soluisset pecuniam: que postea fuisset reprobata creditor forte illā expendisset: ⁊ non esset questio dāni. In pecunia autē depositata in qua depositario nō est data facultas illa vtēdi: res est magis clara cū deponens remaneat dñs: taliter ꝙ dānum ad eum spectare debeat nisi depositarius fuerit in mora. §. preterea inst. qui. mo. re. contrahi ob. l. j. §. illud ⁊. l. si in asia. §. si. iuncta. l. qḋ nerua cum ibi notatis. ff. depo. ⁊. j. dicā in. ix. limita. circa pn. Quid autē sit vbi valor monete reprobate sciri nō potest: dixi in prece. decla. ⁊. ß. eo. versi. ⁊ ad id qḋ: nec propterea nūmus dicitur reprobata ꝙ dando illam campsoribus poterit alibi expēdi per eos: vt per Alex. in. d. §. qui reprobos.

Tertio predicta conclusio declaratur: vt procedat q̄n nō est mutata preciositas pecunie debite nec pondus nec ipsa pecunia reprobata: sed tantū valor est mutatus seu bonitas extrinseca: ⁊ debitor certe speciei pecuniarū tenetur vel vult de illis soluere: puta si debitor ducatorū largoꝝ vel grossonoꝝ Mediolani teneatur aut velit de illis soluere: q: attendimus numerū ꝓmissum ⁊ nō curamus de augumento vel decremento qḋ superuenit post contractuꝫ cle. ij. de deci. vbi Jo. de imol. post Zab. ⁊ Pe. de anch. nā dicere potest tibi debeo vel promisi decē ducatos vel. xl. grossonos Mediolani: ecce ꝙ tot numero tibi do: vt declarat Bal. in. l. cum quid vlti. col. ff. si cer. peta. vbi etiā Ang. Sali. Fulg. ⁊ Pau. de ca. ⁊ hoc est qḋ volūt Bar. ⁊ sequa. in. d. l. cū quid: ⁊ idē Bar. in. l. paulus penul. col. ff. de solu. ⁊ in. l. res in dotē dum dicunt: qḋ quando est eadē moneta in bonitate intrinseca nō est curandum de bonitate extrinseca seu de pluri valore superueniente vel de decremento valoris nisi a tempore more: vt declarat And. de iser. in ti. que sint regalia in prin. viij. col. vers. ⁊ sic videtur nō. Bal. in. l. si. i. col. C. cōmunia de leg. p. d. cle. ij. ⁊ per. l. j. C. de ve. nu. po. lib. x. ⁊. l. si quotiens. C. de susce. ⁊ archa. lib. x. dicēs ꝙ moneta diminuta in estimatione reduci dꝫ ad intellectū temporis contractus vel obligationis: q: consensus partiū fm illud tempus consideratur. l. cū quid. ff. si cer. pet. ⁊ facit d. l. res in dotem: naꝫ ista reductio nihil aliud significat nisi ꝙ tantum numero prestetur de pecunia vult Bal. in. l. illud C. de sac. san. eccle. insi. notāt Glo. ⁊ Doct. maxime But. ⁊ Panor. in. c. conquerente de offic. ordi. ⁊ dixit Sali. in. l. si. in si. cōmen. C. si cer. pe. ꝙ Florentini in suis mercantijs venditis ad florenos seruant: vt attendatur valor temporis cōtractus tanꝗ de noua estimatione non fuerit cogitatum. Unde si quando promisi tibi centum ducatos auri: valebat libras quattuor ⁊ sexdecim solidos Mediolani: ⁊ demū redierit ducatus ad valorem librarū quattuor ⁊ solidoꝝ. xij. si mihi dare velis centū ducatos non potero dicere me velle. cccc. solidos vltra centū ducatos idest ducatos centū ⁊. iiij. ⁊ solidos. xxxij. Mediolani considerato ꝙ tempore promissionis centū ducati valebant. cccc. solidos mediolani: idest. iiij. solidos pro singulo plusꝗ nunc valeant: notat late Zab. in cle. si. xiij. q. de deci. Et idem econtra si tempore promissionis ducatus valebat solūmodo libras. iiij. ⁊. xij. solidos ⁊ tempore solutionis valebat libras. iiij. ⁊ solidos. xvj. q: volente debitore soluere ducatos centū auri non poterit debitor dicere ꝙ vult considerari valorē temporis contractus ad sui vtilitatem soluendo singulum ducatum ad rationem librarū. iiij. ⁊ solidoꝝ. xij. Ita ꝙ pro singulo ducato velit detrahere solidos. iiij. taliter ꝙ velit dare tāto minꝰ de centū ducatis ꝗtum capiunt solidi. cccc. vꝫ q: velit dare ducatos. xcv. ⁊ solidos. lxiiij. mediolani: q: non dꝫ velle id cuius cōtrariū esset petiturus argu. l. pe. C. de solu. nō. Albe. de ro. in. d. l. cū quid post antiquos ⁊ Bal. in consil. j. alleg. q: si nō vellet debitor soluere maiorem estimationem: vt fuit dictum sed numerū pecunie nō dꝫ peti: vt habeat ratio diminutionis. Et si dicatur ꝙ fm primum exemplum inspicimus valorem temporis contractus: q̄n auctus est valor pecunie promisse post tempus obligationis. Et ꝙ fm aliud exemplum videtur inspici tēpus solutionis: q̄n minutus est valor ⁊ cur hoc sit. Respondeo vt premisi ꝙ neutro casu valor inspicitur: sed tantūmodo numerus pecunie ꝓmisse per predicta ⁊ est de mente Panor. in. d. c. quanto post Odof. in. d. l. in minorū. C. in qui. cau. resti. in integ. non est necessaria. Et si debitor velit soluere attenta consuetudine de alia pecunia vel si de pecunia promissa non reperiatur: dicā in duabus seq. decla. Est verum ꝙ Bal. in. l. acceptam. xvij. q. C. de vsu. fecit quādam distinctionem quā fundat sup equitate dicens: ꝙ si mutatio estimationis fuit repentina vel preuideri non potuit. debitor non teneatur soluere nisi fm valorem temporis solutionis: qḋ diminutio valoris successerit ex interuallo: ⁊ hoc q: debitor expendit fm valorem temporis cōtractus debet: fm illū soluere ne locupletetur cuꝫ aliena iactura. Pariter non est tenenda distinctio Anto. de but. in. d. c. quanto quā ibi reprobat Jmol. in. v. col. duꝫ ipse But. distinguebat an pecunie valor esset variatus vel minutus per statutū ⁊ non cederet damno debitoris: secus si aliter puta per vsum expendendi. nā ex predictis patet ꝙ hec distinctio non est tenenda: ⁊ maxime q: fm Jmol. vbi. ß. nō apparet bona ratio diuersitatis: ⁊ si auctus esset valor: propter hoc creditor non vellet numeruꝫ minorem pecuniaꝝ promissarum. d. l. pe. C. de solu. Cū si fieret solutio fm estimationem auctam minor numerꝰ prestaretur: vt. ß. declaraui ⁊ exemplificaui. Unde prima opi. est verior per fundamēta pro ea allegata ⁊ tanꝗ cōmunis est tenenda: quā vltra ꝑdicta sequitur Bal. in ꝯsi. xxxvij. incip. super eo. j. volu. fm penul. impressionem: ⁊ in consi. cccxxix. incip. in ciuitate asculi als punctꝰ questionis ij. volu. eadem impressione Jmol. in. d. c. quanto. v. colū. de iureiur. vbi Panor. in pe. col. post Odofr. in. d. l. in minorū Jo. de ana. in. c. si. pe. col. in si. de maledi. Pe. de ancha. in cle si. de deci. ⁊ Fran. de are. in. l. qḋ te. ff. si cer. pet. vbi dicit eam cōmunem ⁊ in consi. xj. incip. procedendum est. ij. colū. vbi etiā dicit hanc opi. cōmunem ⁊ in consi. cxij. incip. considerātis post Bar. in. d. l. res in dotem cum qua sententia etiā transeunt Marti. de lau. in trac. de mone. in. xiiij. q. versic. circa quartā post prin. ⁊ do. Bartho. sozi. in. d. l. cū quid: ex quo inferunt Pe. de anch. ⁊ Jo. de ana. in locis preallega. post Bal. in. d. consi. cccxxix. Quod si dos sit data in florenis aureis ⁊ valor floreni sit variatus tēpore solutionis debeat attendi tempus solutionis respectu valoris floreni: de quo etiā per Fran. de are. in. d. cōsi. xj. ⁊ nolunt ex hoc doc. predicti sufficere vt restituantur in specie tot floreni aurei fm valorem suum ⁊ hoc modo si erant centum floreni aurei in dotem dati restituentur ⁊ dabuntur totidem q̄n fiet solutio nec hoc ideo erit: q: attendi debeat magis tempus solutionis ꝗ contractus: vt. ß. proxi. decla. Et ideo Are. in. d. ꝯsi. xj. in. ij. col. bene dixit in suo confuso sermone post doc. per eum alleg. ⁊. ß. relatos augumentum ⁊ diminutionem cedere ad cōmodum ⁊ incōmodum creditoris ⁊ sufficere ꝙ res idest florenoꝝ aut pecuniarum numerus in genere debita eadem in genere restituatur non cōsiderato extrinseco valore. An autem vbi de alia pecunia fit solutio attenta cōsuetudine Fran. de are. ibi dicat: dicā. j. in. v. decla. ⁊ predicta procedunt nisi debitor esset in mora: vt dicam in limitationibus in. j. limita. ⁊ dixi. ß. e. in prin.

Quarto predicta conclusio declaratur: vt etiā procedat q̄n mutatus est solum valor pecuniarum ⁊ de pecunia promissa nō reperitur taliter ꝙ nō possit de illa solui: vt q: promissio esset facta in moncenighis quoꝝ loco nunc fiant marcelli Uenetijs cum enim fieri debeat solutio de alia moneta subrogata vel alia eiusdem qualitatis ponderis ⁊ bonitatis ⁊ ad estimationem antique ⁊ si non reperirentur pecie equales vel equiualentes sed minoris ponderis ⁊ minus valentes supplendum esset de noua eiusdē bonitatis vsꝗ ad cōcurrentē summā: puta duo marcelli parui vel duo moncenighi parui loco vnius ex antiquis vel tres carlini papales loco vnius grossoni Mediolani facto iusto calculo si aliqualis sit differētia: vt satis ample colligitur ex his que. ß. dixi in. j. decla. ⁊ seq. post Bart. ⁊ Albe. in. d. l. cum quid: ac Dy. ⁊ sequaces ibi per eum relatos eo casu habebitur consideratio estimationis temporis contractus ⁊ obligationis non autem solutionis vt sic variato valore: fiat cōsideratio quid valuisset subrogata vel equalens tempore obligationis

pore obligationis seu qd eo tpe valeret illa que nüc nõ repe
ritur nõ aũt qd valeat equalis vel subrogata: aut qd valere
posset antiqua tpe solutionis fʒ tex. ꝛ gl. in. c. cũ canonicis ꝛ
c. olim de cẽsi. dũ dicit ꝙ si antiq̃ nõ reperit dat̃ de noua ad
estimationẽ antique cũ qua opi. trãseũt Bart. ꝛ Albe. i. d. l.
cũ qd Dy. ꝛ Jac. de are. ibi cũ cõcor. š. alleg. i. j. ꝛ. ij. decla. ꝛ
declarat And. de iser. in loco. ĵ. alleg. ꝛ põt figurari exẽpluʒ
si mõcenighi valebãt. xij. solidos ꝛ marcelli subrogati nunc
valeãt. xiiij. vel duo parui mõcenighi valeãt. vij. solidos ꝓ
singulo p̃supposito ꝙ de magnis mõcenighis nõ reperiret̃:
nã hẽt solutio ad rõnẽ solidoꝝ sex ꝓ mõcenigho paruo. Nec
enim ꝯbentes senserũt de futura estimatione: ſʒ de ea q̃ tpe
ꝯctus currebat fʒ Albe. de ro. post Gui. de cu. i. l. vinũ vlt.
col. ff. si cer. pe. ꝛ Old. ꝯsi. xiij. icip. cũ q̃stio est casũ. ꝛ hoc sen-
sit Panor. post Ant. d̃ bu. i. d. c. quãto i ãpe. col. vl̃. aut nõ
est in totũ ac post Odof. in. l. i minoꝝ. C. i q. cau. in iteg. rest.
nõ est necessa. qd pulchre declarat And. d̃ iser. i. c. j. in pñ. i
viij. col. vl̃. ꝛ sic videbit̃ i ti. que sint rega. ꝛ est d̃ mẽte Bal.
in ꝯsi. cccxvij. icip. sup eo. j. vol. fm pe. ipressionẽ. Jmmo ex
quo antiq̃ nõ reperit̃ vel nõ est in vsu mutatio eius valoris:
nũc sciri nõ põt nec cursus: nec est nostrũ illũ taxare: vñ me-
rito fit ꝯsideratio ad valorẽ ꝛ cursum tpis ꝯctus declarãdo:
vt. š. ꝛ dicere ꝙ si reperirent̃ cẽnt in eo cursu in quo subrogati
vel similes essent diminare: imo p̃sumptio cẽt ꝙ duraret va-
lor quousq; appareret de mutatiõe. l. cũ hic status in pñ. ff.
de dona. iter vir. ꝛ vx. l. fideicõmissa. §. si rẽ. ff. de leg. iij. ꝛ cũ
hac sñia ẽt trãsit Bal. in. l. fi. in fi. cõmẽ. C. si cer. pet. dicẽs ꝙ
florẽtini ita seruãt in suis mercãtijs: ꝛ ꝙ sic di ia qñ reperit̃
antiqua moneta: vt ꝯsiderem⁹ tẽpus obligationis declarat
And. de iser. in loco p̃alleg. Et circa cõputationẽ: vt. š. exẽ-
plificatã videat̃ ꝙ in simili dicit Jo. an. in addi. spec. i rub. d̃
cõces. pben. circa fi. tiictis hic q̃ dixi in. j. decla. Et circa p̃di-
cta est aduertendũ ad id qd voluit Bald. in. l. fi. vl̃. ſʒ pone
inro. C. de uõ nu. pe. ꝙ iurãs soluere in termino certã pecu-
niã de qua in termino nõ reperiat̃: q fit p superiorẽ cõflata
est piurus nisi soluat estimationẽ eius p. c. q̃to cũ ibi nõ. de
iureiur. ꝛ si sciri nõ põt estimatio antiqua que nõ reperitur:
dixi in. j. declaratione quid iuris.

¶ Et p̃dictis nõ obstat decisio Bal. i. d. l. cũ qd circa fi. ꝯsi.
dũ vult ꝙ si nõ reperit̃ de pecunia tpis obligationis possit
solui de noua referẽdo estimationeʒ noue ad tps petitionis
seu solutionis nõ aũt ad tps obligationis: q2 illa sua decisio
nõ põt sustineri p p̃dicta: nec allegat Bal. aliqua iura pba-
tia suã opi. lʒ. d. Corne⁹ in ꝯsi. cccxxi. icip. de plurib⁹ vlt. col.
ij. vol. saluãdo Bal. cõcinẽ suũ dicat ꝙ decisio Bal. dʒ itel
ligi qñ valor monete auget̃ vel minuit̃ ex mutatiõe bonita-
tis itrinsece: vt q2 patria sit exhausta auro vel simili ex cã qd
replicat ipse Corne⁹. clxxxi. icip. visis nõnullis in. xxvij. col.
vl̃. restat. ij. vol. Nec obstat. l. vinũ ꝛ. d. l. cũ qd. ff. si cer. pe.
dũ ibi d̃ ꝙ nisi mora iteruenit sufficit aliqd reddi: idẽ in ge
nere ꝛ bonitate non ꝯsiderato extrinseco valore: q2 vt nõ. p
gl. ꝛ doc. i. d. l. cũ qd: ꝛ Bart. in. l. paul⁹: ꝛ Panor. ac Cano.
in. d. c. quãto de iureiu. in pecunijs duplex est bonitas itrin
seca: que est p̃ciositas ꝛ põd⁹ metalli ꝛ de ista loquit̃. l. vinũ
ꝛ extrinseca: que est valor q in alijs reb⁹ ante morã nõ curat̃
vt ibi lʒ valor in pecunijs nõ tñ materia ꝯsiderat̃: vt nõ. per
Bart. in. l. ꝙ te vbi ẽt alij. ff. si cer. pet. nõ. Panor. post ali-
os in. d. c. quãto de iureiu. pe. col. cũ cõcor. adductis. š. in. j.
decla. notat̃ in. l. j. ff. de ꝯben. emp. in pñ. p Bal. i. d. c. q̃to
in appostil. ad tex. ibi falsa rẽ. de iureiur. in pe. col. cũ cõcor.
adductis. š. in. j. decla. lʒ fm eũ ibidẽ i vl̃. quero nunqd esti-
matio rẽ. pecũie estimatio nõ sit idẽ: ꝙ ipsa pecũia nec adeo
cõnexa: vt censeat̃ vnũ ꝛ idẽ p nõ. p glo. ꝛ doct. in. d. l. cũ qd.

Quinto p̃dicta cõclusio maxime p̃cedit qñ mutat⁹
est tñ valor ꝛ de pecunia p̃missa reperit̃: ſʒ de-
bitor vult soluere de alia pecunia q̃ p̃missa: siue velit solue
re de cõsimili põdere ꝛ materia ꝛ diuersa tñ in forma iuxta
l. paulus. ff. d̃ solu. puta si debitor ducatoꝝ mediolani velit
soluere de venetis siue velit soluere fʒ ꝯsuetudinẽ que hoc
p̃mittit de vna materia p alia: puta pecuniã argenteã p au-
rea ꝛ eꝯ ꝛ pecuniã ere cõtaminatã pro nõ cõtaminata: nã dʒ
attendi valor pecunie p̃misse vel debite fm tẽpus ꝯctus fm
Bal. in. d. l. cũ qd. ff. si cer. pe. vlt. col. dũ vult ꝙ vbi pecunia
p̃missa vel debita reperit̃ fit de ea faciẽda solutio vsq; ad cõ
currentẽ numerũ: vt dixi in. iij. decla. nõ curãdo de decremẽ
to vel de cremẽto: vt ibi dixi: si enim nõ curat̃ valor ſʒ nume-
rus in pecunia p̃missa. Jdẽ est si de alia det̃: vt nõ curet̃ cre-
mentũ vel decrementũ p̃misse ꝛ que loco p̃misse det̃ quasi
sit necesse dare de alia que tpe ꝯctus potuisset equalere pe
cunie p̃misse: ꝛ hoc vult Ant. de but. clarius i. c. olim in pe.
notabili de censi. cũ cõcor. adductis in. j. decla. Et hoc clare
exẽplificat Old. in ꝯsi. xiij. incip. cũ questio vbi ꝯsuluit ꝙ de-
bitor turonensiũ paruoꝝ respectiue ad grossos: q grossi va-
lebãt. xv. vel. xvj. ex paruis si cõtingat grossos tpe solutiõis
non valere nisi. xiiij. ex paruis velit soluere de grossis pote
rit soluere ad rõneʒ ꝛ estimationẽ. xv. vel. xvj. ꝛ sic fm tẽpus
obligationis ꝛ sic si erat debitor tot paruoꝝ qui tpe obliga-
tiõis valebãt. xxx. ex grossis: vʒ de. cccl. dãdo. xxx. ex grossis
esset liberatus q si daret ad estimationẽ de. xiiij. fʒ tẽpus so
lutionis necesse haberet dare. xxxij. ꝛ sic debitor grossonoꝝ
Mediolani vel solidorum paruoꝝ mediolani respectiue ad
grossonos tpe quo grosson⁹ valebat. xxij. solidos cũ dimi-
dio si soluat in grossonis tpe quo grossonus sit reductus ad
xxij. solidos cũ dimidio dʒ soluere grossonos fm tps obliga
tionis. Jdẽ si soluat i solidis: q2 dʒ soluere tot solidos nume
ro quot valebãt grossoni tpe obligationis: ꝛ ſʒ hoc erit vti-
litas soluere in moneta grossa: nã plures petias pecunie nõ
p̃stabit secus si soluat in minuta: ꝛ ꝓ hac parte facit ꝙ dixit
Panor. i. d. c. q̃to pe. col. ꝙ cũ bonitas pecunie sit respectu
vsus debeat haberi respectus ad bonitatẽ vsus: vt ꝓbaui in
j. decla. idest ad estimationẽ tpis obligationis. l. cuʒ qd. ff. si
cer. pe. Jtẽ iste creditor alis ex suo bñficio dãnũ cõsequeret̃:
qd cẽt absurdũ: facit clarius: q2 et quo ꝯsuetudo p̃mittit de
vna materia pecuniaꝝ: lʒ diuersa p alia solui debitor certe
speciei: puta ducatoꝝ reducit̃ ad terminos ei⁹ q est debitor
pecunie i genere. puta centũ libraꝝ quo casu solutio fieri dʒ
fm estimationẽ tpis ꝯctus: vt dicã in seq. cõclu. ꝛ ita transit
Maria. ꝯsi. vj. volẽs ꝙ valor ducatoꝝ relictoꝝ in testõ solui
possit ad rõneʒ tot bagatinoꝝ: puta. xlviij. quot valebat tpe
relicti seu mortis testatoris lʒ tpe solutiõis ducatus valeat
plures bagatinos.

¶ Cõtrariũ vt voluisse Bar. i. l. cũ certũ. ff. de au. ꝛ ar. leg.
ꝛ in. l. paulus in fi. ff. de solu. vbi voluit attenta ꝯsuetudine:
que p̃mittit solui de vna pecunia p alia ẽt si sit diuerse mate
rie attẽdi dẽre estimationẽ illi⁹ pecunie p qua alia soluit̃ fʒ
tps solutiõis: vt sic debitor. c. libraꝝ monete argẽtee tpe quo
centũ libre valebãt. xxv. duc. vʒ. iiij. libre vnũ ducatũ auri: si
velit soluere in ducatis auri ꝛ tpe solutionis ducat⁹ valeat
iiij. libras cũ dimidia liberet̃ dãdo. xxij. duc. ꝛ vnã libraʒ qui
tpe solutionis valeat. c. lib. ꝛ sic creditor min⁹ habebit ꝛ ex
dilatiõe sentiet iteresse lucri. nã si tpe obligatiõis habuisset
xxv. duc. tpe solutiõis valuissent centũ ꝛ. xij. lib. cũ dimidia
vt in simili declarat Bart. in. l. nũmis in fi. cõmẽ. ff. de in litẽ
iurã. Jdẽ est eꝯ fm Bar. vbi. š. vʒ in. d. l. cũ certũ: si debitor
centũ lib. i ducatis tpe quo. c. lib. valebãt. xxv. duc. velit sol-
uere in moneta: q2 ꝯsiderabit̃ valor monete ꝛ ducati etiã fʒ
tps solutionis: puta si velit dare d̃ grossonis mediolani qui
modo valent. xxiij. solidos cũ dimidio cũ tpe p̃missionis nõ
valerẽt nisi. xx. ꝛ sic vnã librã ꝛ sic erãt centũ grossoni: nã suf-
ficiet soluere tot grossonos ad estimationẽ tpis p̃sentis ꝛ so
lutiõis q faciãt cẽtũ lib. hoc est. lxxxiiij. grossonos ꝛ solidos
xvj. ꝛ hoc p̃supponendo ꝙ solidi per quos grossonus ꝛ libre
estimantur non sint in pondere ꝛ materia debiliores: tunc
enim esset materia quã in. j. declara. examinaui.

¶ Et fm istã ꝯsiderationeʒ: vt dixi creditor patiet̃ interesse
augumẽti ꝛ lucri de quo nõ est curãdũ fm aliquos: vt dicã. ĵ.
in. j. ꝛ. ij. limita. ꝛ ẽt patiet̃ interesse decrementi ac dãni tali-
ter ꝙ debitor põt esse in lucro ꝛ non in dãno: prout declarat
Frã. de are. in ꝯsi. xi. incip. p̃cedendũ. ij. colũ. dicẽs ꝙ si dos
cõsistit in solidis Janueñsib⁹ forte mille ꝛ attenta ꝯsuetudi
ne fiat solutio in florenis auri: sufficit ꝙ florem p̃stent̃ fm va
lorem temporis solutionis q̃uis minor numerus ꝛ summa
florenoruʒ prestetur loco illorum solidorum q̃ valerent illi
solidi tempore dotis date: nec fm Areti. videtur obstare ꝙ
qñ solutio fit in eadẽ pecunia augumẽtũ ꝛ diminutio sint ad
cõmodũ ꝛ icõmodũ creditoris vt dixi i. iij. decla. ꝛ ꝙ hoc ca-
su augumentũ cedet in bñficiũ debitoris ꝛ decrementum in
dãnũ creditoris: vt p̃dixi: q2 fm eũ in his que sunt debita in
genere sufficit: vt eadẽ res possit reddi in gñe nõ attẽta mu
tatione valoris extrinseci. d. l. cũ qd: ꝛ. l. vinũ. ff. si cer. pet. lʒ
Maria. in ꝯsil. vj. incipi. p̃dicta ꝯsultatio tenuerint ꝯtrũ. vʒ
esse attedendũ quot bagatinos valebat ducat⁹ tpe obliga-

tionis: vnde licet Fra. de are. vbi. s. ista regula pcedit in vtro
ꝙ istoꝝ casuū taliter ꝙ nō sit querendū ad cui⁹ cōmodū vel
incōmodū cedat variatio: sʒ hoc solū an verū sit ꝙ sint soluti
mille solidi i solidis vel i alia pecunia q̄ valeat mille solidos
⁊ ex qua mille solidi haberi possent: lʒ ipse Fran. de are. ita
clare nō loquaꝫ est ēt differentia qñ pecunia pmissa reperiꝫ
⁊ quis velit de alia soluere que valeat pmissam ⁊ qñ nō re-
peritur: nā primo casu ideo inspicitur valor pecunie que sol-
uitur sm̄ tempus solutionis: q: illa equipollet ⁊ equiualet
promisse arg. l. paulus: ⁊ perinde est ac si promissa daretur
poteris enim ex illa de promissa haberi ⁊ si pmissa haberet
plus non valeret: non sic dici potest vbi de promissa non in-
uenitur: q: cum sit extincta pariter eius cursus est extinctus
taliter ꝙ eius valor estimari non potest de presenti. Ideo
inspicitur valor sm̄ tempus contractum: vt in prece. decla. ⁊
hoc videꝫ de mente Bal. in. l. si quis argentū in prin. C. de
dona. Et cum ista opi. transit Benedi. capra ꝯsi. xxix. incip.
cū viso. ij. col. ij. dubio volens ꝙ illeg soluit valorē florenoꝝ
aureoꝝ relictoꝝ in testō debent soluere sm̄ tēp⁹ solutionis.
¶ In hoc passu puto faciendam duplicem considerationē
prima est de valore pecunie que est in obligatione seu pro-
missa ⁊ tunc eius estimatio est cōmensurāda ad tempus pro
missionis facta tali consideratione ꝙ illa summa pecunie p
misse prestetur ⁊ hoc est qd̄ voluit Fran. de are. in consi. pre
allegato post Bar. in. d. l. res in dotem. ff. de iu. do. attēdē-
do cōem opi. in esse ⁊ ita pcedit prima opinio ⁊ hoc aperte
declarat Bal. in. l. si quis argentum in prin. versi. querit gl.
C. de dona dicens ꝙ ita consuluit in Urbino attento ꝙ for
ma promissa potest prestari ⁊ loquitur etiā in dote sequitur
clarius idem Bal. in. d. c. quāto versi. extra quero vbi dixit
ꝙ si promissi tibi mille libras imperialium in grossis ꝙ im-
periales sunt in obligatione: ⁊ grossi in facultate soluendi: ⁊
ꝙ si contingat grossum qui tpe promissionis valebat. xxiiij.
imperiales tempore solutionis valere solum. xviij. debeat
tantum solui de grossis vel alia moneta qui ⁊ que cōprehen
dant tot imperiales quot fuerunt in obligatione vel promis
sione ⁊ idem si grossi valor augeatur vt ibi per eum: q: suffi
ciet tot dare qui comprehendant tot imperiales quot sunt
in promissione ⁊ istud etiā patet ex exemplo tradito p Old.
in consil. xiij. s. pro hac prima opi. allegato: ⁊ ab hac opi. nō
discrepat Bar. in. d. l. cum aurum dum dicit ꝙ si centum li
bre monete sunt in obligatione attento ꝙ de consuetudine
pōt solui aurū p moneta ⁊ eʒ poterit qs soluere libras in du
catis estimādo ducatū sm̄ valorē tpis solutionis non ꝯtractus:
nec enim vult ꝙ ppterea minus de centū libris pstetur aut
pl⁹ lʒ velit fieri solutōēʒ ducatoꝝ sʒ varietatē valoris eoꝝ.
¶ Secunda consideratio est circa valorem pecunie que est
in facultate soluendi ⁊ non in obligatione precise vel pro-
missione ⁊ ista debeat solui sm̄ cursum ⁊ valorem suum pro-
prium temporis solutionis. Nā si tibi debeo solidos mille
⁊ velim soluere in grossonis Mediolani quoꝝ valor sit va-
riatus a tempore promissionis nihil ad te si dem plures vel
minus de grossonib⁹: dūmodo tibi tot dem qui comprehen-
dant numerum solidorum promissorum eiusdem lige ⁊ bo-
nitatis ⁊ hoc est ꝙ vult tex. in. d. l. cum aurum post glo. ibi ⁊
qd̄ voluit Bar. ibi ⁊. d. l. res in dotem ⁊ Bal. in. d. c. quanto
in. d. versi. extra quero ⁊ in consi. cccccxxiiij. incipi. quia obli-
gationes ⁊. cccxxxix. incipi. punctus questionis. ij. volu. vbi
pulchre loquitur ⁊ Fran. de are. in. d. consil. xj. vbi dicit ꝙ
hec est communis opinio. Nam dicere ꝙ ex mille solidis po-
tuissem tempore cōtractus habere plures grossonos vel ex
centū libris plures ducatos q̄ nunc denꝫ: prout dicit Bar.
in. l. nūmis in fi. est interesse lucri: qd̄ non habetur in consi-
deratione nisi in morosis. l. vinum ⁊ ibi no. maxime p Gui.
de cu. ⁊ Albe. de ro. ff. si cer. pe. ⁊ dicam. j. in. j. limitatione.
Et predicta procedunt siue illa pecunia que est in facultate
soluēdi: ita sit ex ꝯsuetudine sm̄ Bar. in. d. l. cū aurū ⁊ Fran.
de are. in. d. ꝯsi. xj. cū cōcor. siue ex cōuētione sm̄ Bar. l. d. l.
paulus in vltimis verbis Bal. in. d. c. quāto vsi. extra quero
⁊ Fran. de are. vbi. s. idē si ex laudo sm̄ Old. in. d. consi. xiij.
¶ Hec pdicta pcedūt nisi qñ pecūia de q̄ i obligatōe vl̄ solu
tōe fuit estimata certa estimatōe put dicetꝫ. j. l. viij. ⁊. ix. limi.

Sexto q: precedentes declarationes loquunꝫ vbi cer
ta species pecunie fuit pmissa dicendū est ꝙ pre-
dicta conclusio ꝙ inspiciatur valor pecunie sm̄ tempus ob-
ligationis vel dispositionis procedat etiā in eo qui est debi

tor pecunie in genere ⁊ indifferenter: puta in eo qui pmisit
centum florenos sab. sm̄ vsum huius patrie cum nulla pecia
pecunie inueniatur que ita vocetur: vʒ florenus sabaudie ⁊
qualiscūqʒ sit valor pecunie ac siue augeatur siue minuatur
semper talis florenus sab. valet grossos. xij. pape vel sabau-
die de quibus grossis etiam non reperitur sed sumuntur ad
rationem quartorum quattuor paruoꝝ pro singulo grosso
siue tales quarti sint melioris siue debilioris metalli: vel ta
lis florenus sab. valet sm̄ vsum nostrum tantūdem currētis
monete talibus grossis equiualentis esto ꝙ valor mutetur
in monetis. Idē est in pmittente libras in hac patria astensi
in qua libra valet solidos. xx. de quibus solidis etiā non re-
peritur: ⁊ vbi tales solidi reperiuntur: vt in ducatu Medio
lani libra valet semp. xx. solidos hoc est siue fiant solidi me-
liores siue deteriores ⁊ nulla pecia pecunie reperitur que sit
vel vocetur libra. Et idem de florenis Mediolani qui valēt
semper. xxxij. solidos siue fiant meliores siue deteriores cū
nulla pecia monete reperiatur que sit talis florenus. Unde
in promittente tales florenos vel libras que se habent tam
ad meliorem monetam q̄ ad debiliorem promiscue ⁊ indif-
ferenter nihilominus attendi dʒ valor pecunie sm̄ tempus
obligationis hoc est de. xx. solidis ita bonis sicut erant tem
pore obligationis ac de quartis vel alia moneta cōficiente
sm̄ illud tempus obligationis libram vel talem florenū sab.
Et ita tenuit Azo in brocardis in rubri. eadem moneta vel
mensura debeꝫ que erat tpe ꝯtrus quem refert ⁊ sequiꝫ Jo.
an. i addi. Spec. in ti. de solu. §. nūc aliqua in fi. in addi. incip.
ex ꝯtu: vbi ēt ita trāsit Bal. in addi. incip. nota hic ⁊c. vult
Bar. in. l. res in dotē. ff. de iure dot. ⁊ late pbaꝫ ac pʒ ex his
q̄ dicta sunt. s. eo. in. j. decla. post Albe. de ro. ⁊ cōiter doc.
in. d. l. cū qd cū cōcor. ibi adductis dū dixi ꝙ de antiqua mo-
neta est faciēda solutio vel de noua ad estimationē antique
vult ēt Oldr. in. d. ꝯsi. xxxj. incip. qdā cōdens in fi. dū loquiꝫ
de eo qui erat simplr̄ debitor ducentū libraꝝ ⁊ cōcludit itel-
ligi de libris sm̄ antiquā monetā tpis obligationis nō. Ro.
i ꝯsi. cxxiij. incip. circa primū: dū facit differentiā iter debitū
libraꝝ ex ꝯtu ⁊ ex statuto: facit qd̄ dixit Bal. post glo. in. c.
cōquerente in fi. cōme. de offi. ordi. volēs ꝙ qñ solutio est fa-
cienda ex veteri ipositione est faciēda ad veteres denarios
seu ad antiquā pecuniā: ⁊ qñ ex noua ipositione ad nouos de
narios est faciēda solutio ac ad nouā monetā ⁊ loquiꝫ Bal. i
cathedratico ⁊ sinodatico ⁊ gñaliter in his que possunt ex
antiqua ⁊ noua impositione deberi.
¶ Et pdicta pcedūt factā mutatōe bonitatis intrinsece: vt
debeāt dari tot libre floreni mediolani vel floreni sab. quot
fuerūt in obligatione ⁊ de illa moneta que currebat tpe ob
ligationis vel tantūdē de noua illi antique equalenti p pdi-
cta iunctis his q̄ dicta sunt in. j. decla. ⁊ est de mēte Jo. an. i
d. c. quāto ver. querit aūt: vbi vult ꝙ si libra ex mutatōe pe-
cunie sit mutata ō duob⁹ solidis sufficiat ꝙ reddaꝫ pecunia
in eodē pondere ⁊ genere: lʒ quo ad cursum sit diminuta vel
variata in tm̄ ꝙ attendaꝫ tēpus obligationis siue aucta pe-
cunia siue diminuta in bonitate intrinseca ⁊ cōsequēter va-
lor dicti tpis qñ successit variatio in bonitate intrinseca.
¶ Ubi aūt interuenisset solū mutatio bonitatis extrinsece:
vt q: remanēte eadē liga ⁊ pōdere auri ⁊ argēti in monetis
mutat⁹ eēt valor nō pcederet hec cōclusio: q: attēdereꝫ va-
lor sm̄ tēpus solutionis sm̄ cōem opi. doc. q: in his que de-
benꝫ in genere: vt in debitore libraꝝ florenoꝝ Mediolani ⁊
florenoꝝ sabaudie de qb⁹. s. ⁊ ꝯsimilis regula est ꝙ variatio
valoris extrinseci ispiciꝫ tpe solutionis ⁊ eadē res dʒ reddi
in genere nō attēta variatōe valoris extrinseci siue ista va-
rietas cēdat ad cōmodū debitoris siue creditoris: vt pʒ in. l.
cū qd ⁊ in. l. vinū. ff. si cer. pe. vbi doc. cōiter ita trāseūt in isto
pposito monetaꝝ: ⁊ maxime Bar. in. d. l. cū qd in fi. cōmē. ⁊
alij scribētes sequiꝫ Zaba. in cle. si bñficioꝝ in. xiij. q. de deci.
vbi alleg. cōcor. ⁊ relatis diuersis opi. residet in ista opi. cō
cludēs ꝙ mutatio cursus monete in obligato ex ꝯtu nō im
putaꝫ debitori nisi post morā sequiꝫ Pe. de anch. in. d. cle.
si bñficioꝝ. ij. col. ij. casu. post Bal. ꝯsi. cccxcix. incip. in ciui-
tate asculi. ij. volu. sm̄ pe. ipressionē: ⁊ nō. Frā. de are. i ꝯsil.
xj. incip. pcedendū. ij. col. dicēs ꝙ hec est cōis opi. dicēs ēt
ꝙ valor pecunie q̄ est in facultate soluēdi attēdi dʒ sm̄ tem-
pus solutionis per. l. si stipulatus sim decem in melle. ff. de
solu. ⁊ notaꝫ per Bart. in. l. paulus in fi. cōmen. ff. eo. titu.
ita ꝙ si pecunia minuta esset in obligatōe ⁊ grossa in facul-
tate soluendi

tate soluendi ad videndum quo valore debeat solui pecunia grossa debeat inspici tempus solutionis ad idem adducit Fran. de are. qd in proposito dotis dixit Bar. in. d. l. res in dotem. ff. de iure dot. Quia Mari. in consi. vj. aliter sentiat ⁊ male quo ad hoc: q: decisiones ⁊ iura super quibus se fundat loquunt secuta mutatione intrinsece bonitatis: ex qua causata fuit mutatio extrinsece bonitatis ⁊ faciunt que dicentur. j. eo viij. limitatione.

¶ Sed tunc solet dubitari qd erit si monete sint pro parte seu alique mutate in bonitate intrinseca: vt q: fiat aliqua moneta magis erosa q̄ prius esset ⁊ alique sint mutate in bonitate extrinseca remanente eadē bonitate intrinseca: hoc est eadem liga ⁊ eodem pondere: puta q: mutati sint cavaloti in liga vel pondere ⁊ cōsimilis parua moneta ⁊ grossoni ac aurei nō sint mutati in liga ⁊ pondere sed tantū in valore: taliter q valeāt plures solidos vel libras aut grossos q̄ prius valerent: an poterit debitor soluere libras in cavalotis nouis deterioribus maxime ad estimationē temporis solutionis certū est ex predictis q non: q: nō lz de deteriore monetam in bonitate intrinseca soluere.

¶ Sed maius dubium est: an debitor possit soluere de antiqua moneta currente tpe ɔctus que nunc plus valet cōputatis libris debitis ad valorē qui nunc currit ⁊ idem de florenis Mediolani vel Sabaudie: vt q: debitor. xxiiij. librarum tempore quo ducatus valebat quattuor libras tantum velit soluere nunc in ducatis ad rōnem librarū quinq; quas nunc valet ducatus cōsului ⁊ obtinui q nō sed q debeant solui libre in tali antiqua moneta ad estimationē temporis ɔctus: eo q: valor antique monete nō mutate in bonitate intrinseca auctus fuit ppter deteriorationem minoris monete magis erose seu magis ere cōtaminate cum deterioratio minoris pecunie sit causa augendi valorem extrinsecum maioris pecunie vel melioris: vt p Bar. in. d. l. paulus pe. colū. ff. de solu. ⁊ in. l. in nūmis. ff. de in li. iur. ⁊ sic in cōsequentiā subest mutatio in bonitate intrinseca. ⁊ tunc cessat ratio q libre in genere eandem recipiant functionem ita dando de vna moneta sicut de alia p nō. in proposito in. d. l. cū quid: q: considerato genere successit variatio in bonitate intrinseca ⁊ mutatio in materia quo casu attenditur tempus ɔctus: vt per doc. in locis pdictis: ⁊ Bar. in. d. l. res in dotem ⁊ ita tenet Calca. ɔsi. xiiij. pe. col. ⁊ fi. ⁊ est de mente Mari. dicto cōsil. vj. ⁊ benedicti capre ɔsi. xxix. incipi. cū viso. ij. col. ij. dubio ⁊ ita distinguit etiā Cominus ɔsi. cccxxj. incip. de pluribꝰ vlti. col. iij. volu. ⁊ ɔsi. clxxxj. icipi. visis. xxvij. col. versi. restat. ij. volu. ⁊ Fran. de are. dicto ɔsi. xj. dū ponderat solā variationem in bonitate extrinseca etiaz hoc sentit ⁊ recte intuenti hoc volunt Zaba. in. d. cle. si beneficiorꝫ in. xiij. q. ac et Pe. de anch. in. ij. col. ⁊ aperte Oldr. d. ɔsi. xxxj. ⁊ Ro. in. d. ɔsil. cxxiij. incip. circa primū: ⁊ Bal. in. d. c. quanto loco preallegato ⁊ in addi. Spec. in ti. de solu. §. nūc aliqua in fi. in addi. incip. nō hic cuz concor. in prin. huius cōclusionis adductis iunctis his que dixi in. j. declara. huius conclu. ⁊ que dicaz j. viij. limi. iij. q. Et ita sepe consului ⁊ obtinui.

¶ Quomodo autē cōmensuretur equiualētia alterius monete: que loco antique prestatur declaratū fuit. s. in prece. decla. scilz in. v. vz fm tempus solutionis p. l. certū per i. luz tex. cū glo. ⁊ ibi notatis p Bar. ff. de au. ⁊ ar. leg. cū concor. ibi alleg. vz dando tantum de alia que tempore solutionis equiualeat antique si de antiqua daret: vt ibi dixi: ⁊ ita est intelligendū qd dixit Ang. in. l. fi. C. de ve. nu. po. li. xj. dū dicit q in dubio pōt quis soluere de moneta aurea vel argentea aut minuta currente tempore solutionis iuxta cle. prealleg. vz fi. de deci. ⁊ notat p Bart. in. l. que extrinsecus ff. de verb. obli. Et ad cōmensurandū valorem pecunie q sit incertus cū valore alterius pecunie q sit certus ponit exemplum Jo. an. in addi. Spec. in rub. de cōces. preben. circa fi. dixi aliqd. s. hac eadem conclu. in. iiij. declara. Et predicta procedunt nisi dicatur q fieri debeat solutio librarū florenorum Mediolani aut Sabaudie de moneta currente tēpore solutionis p ea que dicentur. j. ea. conclu. viij. limi. maxime in. iij. q. in fi. cū seq. q. vbi materia ista plenius examinabit.

Septimo Predicta cōclusio pcedit etiā si obligatio habeat tractū in futurū: vt est obligatio pecuniaria annua vel vbi singulis aut certis ānis prestanda est certa quātitas pecuniarum: q: attendimus valorem temporis contracte a principio obligationis lz singuli anni propriā habeant solutionem: vt pz in censu vel emphiteosi ⁊ eius canone. c. olim ⁊. c. cū canonicis de censi. vbi census singulo anno debitꝰ dz solui de antiqua moneta vel de noua ad estimationē antique ⁊ hoc procedit nō obstante q in hijs que habent tractū in futurum futura debeantur ⁊ veniant futura augumenta vel futurū tempus inspiciat: vt p Bar. in. l. si ita cuz concor. ff. de au. ⁊ arg. leg. Et dixi late s. in. xv. cōcla. ⁊ seq. q illud pcedit quo ad corpora: vz q̄tum sit venditū vel legatum vel in pecunijs quantā summā quis promiserit puta decē ducatos vel. xx. libras non autē q̄tum ad valorem rerū vel ducatorꝫ: q: ille cōmensuratur fm tempus obligationis iuribꝰ pdictis: ⁊. l. cū quid iunctis notatis in. l. vnicā. ff. si cer. pe. ⁊ pz in. l. res in dotē vbi Bar. ff. d iur. dot. cū concor. que adduxi in. j. ⁊. iij. ac. iiij. ⁊. v. decla. Et de hoc est glo. in. c. conquerente in verbo solidos de offi. ordi. que loquit de solidis duobus qui prestantur singulis annis episcopo pro synodatico seu cathedratico: put etiā dicitur in. d. c. olim. Nam de antiquis intelligi debet vel de nouis ad estimationem antiquorum. Et cum hac opi. trāsit Host. in summa in titu. de censi. §. ex quibus versi. quid ergo si rei mondini ⁊ Alberi. de ro. in. l. cum quid. ff. si cer. pe. ⁊ in. l. ij. pe. col. C. de iure emphi. dum se remittit ad predicta vbi refert Dy. qui in canone emphiteotico tenuit īspiciendū tempus contractus. Et in proposito isto late cōsuluit Panor. in cōsi. lvj. incip. q solutio. ij. volu. facit qd consuluit Old. in ɔsi. ccl. incip. factū tale est vbi consuluit q si ex declaratione pontificis vnū monasterium teneatur alteri ad annuā pensionem intelligitur de pecunia fm tempus ordinationis sequitur Fran. de are. in consi. cxij. incip. consideratis vbi bene iter ⁊ fundamentaliter loquitur more suo. Hinc bene dixit Bal. in. c. quanto vlti. col. versi. quero quid in annua de iureiur. q si dos in pecunia annua promittatur: puta in mille libris prestandis in annis decem dando centum pro singulo anno vel si alicui fiat annuum in pecunia legatum quantum ad obligationem ipsam in genere formatam inspicitur principium ⁊ valor pecunie fm illud tempus: q: vna est obligatio pro omni tempore licet quantum ad obligationem nascendam inspiciatur principium cuiuslibet anni. l. sibicum. §. stipulatio. ff. de verb. oblig. taliter q semel cedit dies pro omni tempore ⁊ retrorsum se habet fm eum nisi in vsufruc. annuo ⁊ alimentis: q: in eis cedit dies in principio cuiuslibet anni ⁊ non simul ⁊ semel adeo q quot sunt anni tot sunt obligationes. l. j. in fi. C. quando di. leg. ce. ⁊ habetur p Bart. in. l. titia in annos. ff. ad. l. fal. ⁊ per Bal. ⁊ doc. in. l. in annalibus. C. de lega. Et iccirco in annua obligatione seu legato ⁊ dote: vt. s. promissa semper solutio ad originez se refert fm Bal. in. d. c. quanto: q: inde sumit vniformem certam ⁊ inuariabilem formam: ⁊ subdit ibi Bald. q hec colliguntur ex. q Bar. in. q. veterum pisanorum quā examinat Signo. in suis consilijs numero. lxxiiij. incipi. questio talis proponitur quidam colonus. Et dicebat iuxta predicta Bald. in. c. ex conquestione de offi. ordi. q si noua impositio concurrat cum antiqua solutio antique fiet fm antiquam monetam ⁊ noua fm nouam.

¶ Predicta temperant Ant. de but. ⁊ Panor. in. c. quāto vbi Panor. in vlti. col. de iureiur. vt non procedant in principe ex gratia concedente alicui aliquā annuam prestationem pecunie: quando princeps ignoraret valorem pecunie q: si mutetur qualitas pecunie intelligetur de moneta currente tempore cuiuslibet solutionis per cle. si beneficiorum cum glo. ⁊ notatis ibi per Gu. de montelau. de deci. quam ita intelligunt secus quando sciebat qualitatem ⁊ valorem pecunie promisse vel currentis tempore promissionis. d. c. olim fm eos. Item predicta intelligenda sunt nisi in casibꝰ in quibus ius vult solui fm monetam currentem tempore solutionis limitando vt in casu. d. cle. si beneficiorꝫ de deci. fm itellectū aliquorꝫ ibi lz Panor. ⁊ plures alij in. c. quāto i vlt. col. d iureiu. aliter dicāt. Itē pdicta limitant fz Spec. in ti. de solu. §. nunc aliqua in fi. vt nō pcedat in salarijs de publico debitis: put est si cōmunitas sit obligata dare potestatibus vel alijs psonis salariū vnū: puta librarꝫ mille q: fiet solutio fm cursum monete tpis quo debebitur salarium sequuntur Zaba. Pe. de anch. ⁊ Jo. de imo. in cle. si bñficiorꝫ als fi. post plures alios doct. p eos relatos de deci. Et facit ad hoc ille tex. sz melius facit q: hoc casu obligatio nō ɔbitur nisi cū quolibet potestate: quo casu credo attēdi valorē mo-

nere tpe quo quilibet potestas côducit ⁊ ingreditur officiû nisi cõsuetudo aliter se haberet vt tempus solutionis foret attêdendû: q: põt esse variatio valoris intra têpus igressus ⁊ solutionis: ⁊ ita tz Bal. in ꝯsi. cxxxvij. incip. sup eo. i. volu. fm pe. impressionê vbi loquit in salario potestatis albe dominationis mõtisferrati in qua ciuitate vidici in prima parte eoꝝ que sciui qñ exiui scholas grãmaticales ⁊ ingressus fui scholas legales idê tz Pe. de ancha. in. d. cle. si bñficioꝝ vlti. col. motus q: eadê est ratio que in alia obligatiõe. l. oẽm. ff. de iudi. de qua materia dicâ. j. in. xij. decla. vbi tangâ de obligatione que ex statuto descêdit an in ea inspiciat valor fm tempus statuti.

¶ Quid autem sit in contractu côditionali: an inspiciatur valor ⁊ qualitas pecunie fm tempus cõtractus dicâ in seq. declaratione: vbi dicam de obligatione in diem conceptã.

¶ Reliqua autem dicam. j. in. vj. limitatione.

**Octauo** Predicta cõclusio procedit êt in obligatione pecunie côditionaliter vel in diez cõceptã: q: itelligunt partes sensisse de moneta ⁊ valore fm temp⁹ ꝯcte obligationis seu formate nõ autê solutionis seu purificate côditionis vel aduêtus diei: vt dixit Frã. de are. in ꝯsi. xj. incip. procedendû est breuiter in. j. ⁊. ij. col. lz Old. in ꝯsi. clxviij. incip. ad primâ. ij. dubio aliter senserit: vz q in gratia p quã aliquid est prestandû sit inspiciendû têpus quo gratia sumit robur nõ autê date quasi talis gratia côditionem habeat in qbus côditionibus fm eû tempus existêtis côditionis inspicitur. l. eû qui post apertû cû concor. ibi signatis. ff. de côdi. ⁊ demõ. pro quo facit fm Are. l ꝯsi. palle. qõ dixit Bar. in. l. titio in ânos. ff. ad. l. fal. ⁊ Bal. in. l. in annalibus. C. de leg. vbi voluit q si ex forma statuti pro relicto dz solui gabella nõ soluet pro relicto annuo simul: sz in principio cuiuslibet anni: q: in vltimis volũtatib⁹ relictû annuû est ꝯditionale ad idê facit qõ dixit Bal. l aut. eo decursum in fi. cõmen. C. de dona. ante nup. vbi voluit q si ex forma statuti quelibet donatio dz insinuari nõ intelligetur de donatione ex qua transfert ius post mortem: q: in ea ꝯctus nõ est purus. Et cû hac opi. videtur trãsire Albe. de ro. in. l. ij. pe. col. ver. deinde quero si emphiteota. C. de iure emphi. p iura p eû allegata. Pro cõcordia Areti. in. d. ꝯsi. xj. videt sentire q in ꝯctib⁹ in qb⁹ ꝯdictio retrotrahit iuxta. l. si filius cû ibi notatis. ff. de verb. ob. ⁊ nõ. in. l. vxorê. C. de côdi. iser. ⁊ in. l. que legata. ff. de reg. iur. ⁊ late in. l. pecuniaz la. ij. ff. si cer. pe. inspiciendû sit tempus ꝯctus: ⁊ q sec⁹ sit in vltimis voluntatibus in qbus inspicitur tempus solutionis p p̃dicta ⁊ p nõ. p Bal. in. l. j. in fi. C. de nundi. vbi voluit q si de ꝯctu facto in nûdinis non dz solui gabella pariter solui nõ debebit de ꝯctu facto in nundinis: ex quo dominij trãslatio post nundinas trãsfert ad idem: facit qõ dixit Bart. in. l. sancim⁹ C. de cõsuli. li. xij. vbi vult q si de ꝯctu ex forma statuti solui debeat gabella: pariter sit soluêda de ꝯctu ex quo dominij translatio post mortem ꝯbentiû differtur. ¶ Et q in ꝯctib⁹ tenendû sit pro opi. Fran. de are. pbat ex. c. olim iûctis hijs que dixi in prece. decla. de censi. vbi conclusi q valor ⁊ qualitas pecunie pro canone vel annuo censu debite considerent fm tempus ꝯctus lz obligatio annuis in prin. cuiuslibet anni vel in singulo anno sumat effectuz. Et maxime q: êt in ꝯctu côditionali lz effectus obligationis suspendat vel differat: nihilominus tñ mens ꝯbentiuz est certa de corpore vel re ⁊ qualitate rei ⁊ corporis que continent in dispositione côditionali: prout dicâ in seq. decla. vbi tangâ quid sit de pecunia debita ex vltima voluntate vel testamêto. Et ibi declarabitur quid de legato côditionali: facit q: fz Bal. in. l. ij. §. si duobus. j. col. ver. ite quero. C. cõmu. de leg. in ꝯctibus inspicit consensus tpe ꝯctus ⁊ consequenter moneta fm diê ꝯctus nõ fm futuruz euentû. Et in hac sñia fuit Jac. de are. in. l. quotiês in diem. ff. de verb. ob. p. l. titia in fi. ff. de côdi. ⁊ demõ. Ex p̃dictis apparet q nõ est vera decisio Marti. de lau. in. l. cû quid. ff. si cer. pe. iunctis notatis p Comeû cõsil. cix. incip. viso post prin. iiij. volu. qui Marti. put aliqui euz referût ibi dixit q qñ dies est adiecta solutioni dz ispici valor pecunie fm illud tempus: seu q dz inspici tempus in qõ est collata solutio qõ videt approbare Corne⁹ in ꝯsi. palleg. arg. l. cõtraxisse. ff. de act. ⁊ obli. ⁊. l. vinû. ff. si cer. pe. ⁊. l. euz qui kalêdis. §. j. ff. de verb. obli. lz melius faciat. l. quotiês in diem. ff. eo. ti. de verb. ob. ⁊ ꝯ Mar. facit. l. res in dotê cum ibi notatis p Bar. ff. de iure do. Nã certum est q restitutio dotis hz dilationem temporis fm quã fit restitutio. Et nihilominus attendit tempus cõstitute ⁊ date dotis: vt ibi p Bar. ⁊ dixi. s. in. iij. ⁊. v. decla. ⁊ ꝯ Marti. de lau. consuluit do. Mari. in ꝯsi. vj. incip. predicta ꝯsultatio: vbi voluit q in grauato ex testamêto soluere. j. diem certã summã pecunie attendatur valor pecunie variate fm tempus testamêti vel mortis nõ aût tempus diei solutionis: qõ cõsiliû non est per oia tenêdû: vt dixi in. iiij. cõclu. ⁊ seq. ⁊ ipse Marti. de lau. l trac. de moneta in. xv. q. in fi. aliter dixit volês in obligatiõe in diê concepta inspici valorem pecunie ꝓuisse fm tempus ꝯctus ⁊ si mora interueniat inspici têpus quanti plurimi valuit ⁊ tpe more iuxta. l. vinû qõ est intelligendû iuxta ea que dixi in. iij. ⁊. v. decla. Et fm hoc in pena côuentionali attenditur tempus ꝯctus iccirco si pmisisti mihi aliquid facere. j. certû tempus ⁊ in defectû dare penã pecuniarã attendem⁹ qualitatem pecunie fm tempus obligationis: vult Bal. in addi. Spec. in ti. de oblig. ⁊ solu. in antepe. addi. incip. nota hic volês aliud esse in pena a statuto imposita: q: attenditur valor monete fm tempus ꝯuentionis: ⁊ hoc de pena statuti voluit Spec. in. d. ti. de act. ⁊ obli. §. nûc aliqua in fi. de qua pena statuti vel legis dicâ quo ad ꝓpositû. j. in. xij. declara.

¶ Est tñ circa predicta aduertendû ad id qõ consuluit do. Philip. corneus cõsil. cix. incip. viso in. iiij. volu. vbi voluit q si cõfessus sit recepisse dotê spe future numerationis attêdit têpus numerationis vel quo in effectu obligatio ꝯbitur: vt q: secuta cõfessione pater filie vel alius pro ea promittat illã soluere: nã nomen soceri dicit datû in solutum ⁊ cõfessio dicit facta spe future ꝓmissionis nõ numerationis. vt ibi p nõ. in. l. penul. §. si vir. ff. solu. ma.

**Nono** Predicta cõclusio ꝓcedit etiã in obligatiõe ⁊ debito causatis ex testamêto vel vltima voluntate: ⁊ sic etiã in obligatione ꝯbenda nõ tantû ꝯctu ⁊ eo casu dixit Albe. de ro. post Gul. de cu. ⁊ in. l. vinû vlt. col. ff. si cer. pe. esse inspiciendû tempus testamenti. Nõ aût quo legatû petitur: q: testator ⁊ ꝯbentes nõ videntur de futuro tpe cogitasse. l. iij. ⁊. l. rutilia polla. in fi. de ꝯbend. emp. Et in ꝓposito. l. vxorê. §. testamêto. ff. de leg. iij. ⁊. l. vxori. §. municipia. l. nomê eo. ti. ⁊. l. fi. i pñ. ff. de au. ⁊ ar. leg. Et facit. l. dãni infecti. §. j. ff. de dã. infec. ⁊ in hac opi. fuit Old. in ꝯsil. xiij. incip. qdã cõdens vbi tenuit in legato ducentû librarû facto p testatorê qui supuixit annis decem cû moneta fuisset mutata fuisse inspiciendû tempus testamêti: vt sic testator senserit de ducêtis libris monete vsualis tpe testamenti nõ autê tpe mortis esto q testm̃ sumat vires a tpe mortis testatoris. l. omnium. C. de testa. c. cû matheus de celeb. miss. ⁊ cû hac opi. trãsit Pano. in. d. c. olim de censi. facit. l. aurelius. §. testõ ⁊. §. titius. ff. de li. leg. ⁊. l. medico ⁊. l. si ita. ff. de au. ⁊ ar. leg. sequit idem Albe. de ro. in. l. cû quid vlt. col. ff. si cer. pe. Et fuit de mente Bal. ibi post Dy. in. d. §. testõ: voluit Pau. de ca. in. l. ij. in prin. C. cõmu. de leg. ⁊ dixit Marti. de laud trac. de mone. xvj. q. q oẽs doct. tenent p̃dictã opi. sequunt Moderni in. d. l. cû quid: vbi do. Fran. cur. in. iiij. q. allegat glo. singularê ⁊ approbatã in. l. pe. ff. de fun. instru. que decidit q in legatis particularib⁹ siue rerû siue pecuniarû semp attendamus têpus testamêti. Et q in vniuersalib⁹ legatis ⁊ fideicõmissis debemus attendere têpus mortis testatoris lz têpus mortis prima facie videat omni casu inspiciendû p nõ. p Bar. Bal. Ang. ⁊ doct. in. l. si seruus legat⁹. §. qqꝫ. ff. de leg. j. ⁊ p Bart. in. l. fi. §. j. ff. de li. leg. ⁊ in. l. fi. §. j. ff. de fun. instru. vbi ibi dicit q si maritus legat vxori frumentû in suo horreo vel sua domo existês ⁊ testator supueniens illud cõsumpserit ⁊ aliud imposuerit veniat in legato illud qõ reperitur tpe mortis: que iura ⁊ decisio nõ faciunt ad ꝓpositû q: loquunt in diuerso casu ⁊ fm Ang. post Bal. in. d. §. quiqꝫ istud nõ est ex vi verboꝝ sed ex p̃sumpta mête testãtis vt p̃sumat testator voluisse corpora subrogata cedere legato de qua materia habet in. l. filie in fi. ff. de côdi. ⁊ demõ. at in casu p̃supposito pecunia nõ ponit vt spês: cui⁹ loco alia p̃sumit prime subrogeri: nã si legata esset pecunia existês in archa q cõsumpta esset ⁊ alia ibi esset posita que tpe mortis testõris ibi esset bene esset idem casus qui non conuenit ad propositum: ita vt etiam non conueniat dicta glo. sed bene cõuenit d. §. testamento qui loquitur de qualitate rei relicte vt inspiciamus qualitatê temporis testamenti: ⁊ non mortis testatoris vel alterius temporis: nã idem est de qualitate pecunie facit. d. l. fi. in princ. ff. de au. ⁊ arg. leg. nec huic dicto obstat. d. l.

obstat.d.l.pe.ff.de fun.instru.que disputat an quādo legat fundus instructus intelligatur legatum:prout est instruct⁹ tempore testamenti:an vero mortis: an vero legati petitionis: an quo dies legati cedit et concludit inspici tempus legati cedentis:qr instrumenta fundi nō capiuntur tanq̄ qualitas sed tanq̄ substantie et corpora accessoria vel fundo coherentia quo casu bene fit distinctio inter legatū vniuersale et singulare vel indefinitū vt ibi notatur et l.d.§.testamēto. Non sic est in.d.§.testamēto:et in pecunia simpliciter legata. Nā querimus de quali senserit testator et.§.testamento vult inspici qualitatem temporis testamenti in tantum vt non sit questio an ad pecuniam presentem tempore testamenti heres teneatur vel ad aliam post fabricatam: qr de hoc nō est vis sed an ad pecuniā illi⁹ bonitatis vel valoris seu q̄litatis.

¶ Ceterum circa predicta est aduertendum:quia vt refert Albe.de ro.in.l.ij.in pe.col.C.de iure emphi. Aliqui fecerunt differentiam in premisso casu inter relictum purum et conditionale volentes in relicto cōdictionali non attendi tempus testamenti:qd non video iure probari. Nam si consideremus q condictio suspendit effectum relicti et dicam⁹ q propter hoc inspici debeat tempus purificate condictionis ea ratione nunq̄ inspiceremus tempus testamenti contra.d.§.testamento:cum testamentum sumat vires a morte testatoris et non ante.l.omnium.C.de testa.c.cū⁊ mathens de celebra.miss. vnde omni casu est dicēdum q qualitas rei intelligatur sm tempus testamēti in dubio designata.d.§.testamento licet Ro.in consi.cxxiij.incipi.circa primum.in.ij.col.dixerit inspiciendā qualitatem pecunie sm tempus petitionis per.l.cum certum vbi Bar.ff.de au.et arg.lega.qr non obstat cum ibi tractetur de precio ponderis argenti relicti:cuius precium est in facultate soluendi:vt ibi et non mirum si tempus petitionis vel more inspicitur:vt ibi notatur et in.l.vinum.ff.si cer.pet. At in proposito querimus: cuius bonitatis pecuniaꝫ testator relinquisse videatur et dicimus sm testamenti:vnde heres de illa moneta soluat legatū in quantitate relicta prout si ibi solueret pondus argenti legatum et si velit soluere in alia moneta estimationē illius monete currentis tempore testamenti non negatur: quin illa estimatio ad tempus solutionis referatur:vt declaraui late s.e.in.v.decla.dum dixi q satis est soluere tantam de noua pecunia:que equiualeat antique.

**Decimo** Predicta conclusio etiam pcedit in debito per sententiam seu ex iudicio condēnatione contracto:qr attenditur tempus condēnationis: cuius pretextu obligatur condēnatus: et idem in debito ex laudo vt declarat Oldr.in consi.xxxj.incipi.cum questio cū quo transit Ro.in consi.cxxiij.incip.circa primum.in.j.col.dū loquitur de sententia iudicis: et est glo.notabilis in.c.olim de iniur.nō. Albe.de ro.in.l.cum quid viti.col.ff.si cer.pe. sequitur Panor.in.c.olim in pe.notabili de censi.et est de mente Spec.in ti.de solutionibus.§.nunc aliqua in fi.facit qd consuluit Oldr.in consi.ccl.incip.factum tale est dum loquitur de quadam declaratione facta per summum pontificem vt vnum monasterium alteri ad certaꝫ annuam pensionem teneretur:qr intelligitur de moneta sm tempus ordinationis:qd intelligo nisi condēnatio fieret ex aliqua antecedente obligatione eo casū quo tempus obligationis solet inspici iuxta.l.vinum.ff.si cer.pe.cum vulga. Nec mirum qr vt declarat Pe.de anch.in cle.si beneficiorum vlti.col.de decimis ad obligationem et tempus obligationis sententia se refert qd an procedat vbi quis condēnatur ad penā a statuto impositam dicam.in.xij.declara. Ex quibus ibi dicendis ampliabitur p̄sens declaratio:et nō obstat qd dixit Ro. in dicto consil.cxxiij.in ver.si autem dicamus.ij.colū.dum vult in pncipis ordinatione que hꝫ vim precepti esse inspiciendum tempus solutionis per.d.cle.si beneficiorū sm intellectum Pau.de lea.de deci.qr veritas est in contrariuꝫ vel loquit in precepto:qd habet vim placiti principis et gratie.et sic meri rescripti quo casu vt dicam in declaratione sequenti inspicitur tempus solutionis et non date prout etiaꝫ declarat Millus in repertorio in verbo pecunia.

**Undecimo** Predicta conclusio procedit etiā in eo.qd est debitum ex rescripto vel gratia et precepto seu mandato principis:qr inspicit moneta et eius qualitas et valor sm tēpus date rescripti seu mādati et sic causate obligationis sm Panor.in.c.quanto vlt. col.de iureiur.vbi hoc intelligit quando princeps habebat noticiam qualitatis et valoris pecunie alis autem sm euꝫ intelligitur de moneta currente sm tempus solutionis p tex. cum glo.in cle.si beneficior̄ de deci.duꝫ ibi dicitur decimā alicui assignatā super aliquo bñficio debere solui sm vsum monete currentis tpe solutionis quā cle.ita Panor.vbi.s. intelligit post Gui.de monte lau.ibi et hec procedunt etiaꝫ si princeps ordinet prestari inter tertias personas vt ibi vel q: papa mandet q vnum monasterium seu abbas vnius monasterii perpetuo teneatur dare alteri monasterio certam pensionem:qr intelligitur de moneta sm tempus ordinationis vt consulunt Oldra.in consi.ccl.incip.factum tale est et c. et latius Panor.in consi.ccl.incipi.q solutio.ij.volu.qd nō placet Ro.in consil.cxxiij.incipiē.circa primum.ij.col.per tex.in.d.cle.si beneficiorum iunctis ibi dictis per Pau.de leaꝫ.et qr statutum et rescriptū equiparantur:vt patet ex notatis per Inno.in.c.causaꝫ que de rescrip.et videtur sentire glo.in.l.si procuratorē.§.si ignorātes in ver.igitur.ff.mādati. cū in pecunia ex statuto debita consideretur sm tempus solutionis vt ibi per eum et dicam in seq.declaratione vbi euꝫ improbabo esto q Jo.an.in addi.Specu.in rub.de concei. preben.prope fi.post Oldra.consil.clxviij.incip.ad primam dicat in expectatiuis monetā expressam esse estimandam et intelligendā sm valorem currenteꝫ tempore vacationis:qd dictum non videtur contrariari huic ampliationi seu declarationi:qr tunc incipit obligatio ex concessione et expectatiua contrahi:vt.j.dicam.

¶ Et quia illa cle.si beneficior̄ videtur a doctoribus multipliciter et diuersimode intelligi dum dicit ad antiquā taxam et monetā currentem tempore solutionis esse faciendā solutionē decime super beneficio ex rescripto vel priuilegio alicui debite. Est aduertendū qr vt dixi Pau.de leaꝫ.quē ibi sequitur Pet.de ancha.voluit illum tex.velle q esto q pecunia sit debilior et minorata tempore solutionis sufficiat sm illam soluere:et q hoc sit speciale in debito ex gratia vel rescripto vel decimis a superiore taxatis eo qr fuit ita ibi prouisum et in hoc pōt versari interesse:qr si taxa esset facta vel cōstituta in libris:puta centū soluendo de turonensibus vel solidis Mediolani debilioribus nunc currentibus nun⁹ solueretur:sꝫ si esset in ducatis seu florenis aureis non solueret minus:qr quanto debilior est moneta tantū plus dari dꝫ pro ducato.l.ij.C.de ve.nu.po.lib.xj.sm vnū sensum et sm istum intellectū loquitur Panor.in.d.c.quāto in.q.prealleg.vbi limitat nisi princeps habeat noticiā qualitatis pecunie currentis tempore rescripti:qr intelligit de ea sem ire et iste intellectus videtur magis communis:vt p Millū in repertorio in verbo pecunia. Alius intellectus q in pncto iuris videt mihi verior fuit q lꝫ in.d.cle.si beneficior̄ dicatur solui debere de moneta currenti pp̄ter hoc non velit ille text.solui minus taxa:qd fieret si soluenduꝫ esset de moneta debiliore sm tempus solutionis:sꝫ hoc ideo ita velit ille tex.ne collector possit cōpellere cambiri monetā currenteꝫ vnde soluet debitor de currente pecunia vsq̄ ad summaꝫ tote soluendo tanto plus de noua si sit debilior et istuꝫ sensum meo iudicio amplectitur glo.ibi in verbo cōsuetā et Zab.ac Imol.ibidē et Panor.in.d.c.quanto in.q.de moneta ex statuto debita in fi.et sm predicta puto esse intelligēdum qd ꝯsuluit Alex. in consi.xxj.incip.visis.ij.volu.nisi cōsuetudo vel verbo statuti repugnarent vt ibi per eum.

¶ Est tū aduertendū ad id qd dixi post Old.i.d.ꝯsi.clxviij. quē tacito auctore refert et sequit Jo.an.in loco prealleg.q qñ gratia refert se ad bñficiū vacaturum debeamus considerare pecuniā sm tempus vacationis et quo gratia sortit esse ctum nā sm eos multi dicebant cōtrariū volentes tempus date cōsiderari arg.c.constitutus et.c.eam te de rescrip.de quo p doc.maxime Zaba.Pe.de anch.et Imol.in.d.cle.si beneficior̄:nā potuit Old.bene dixisse nō rōne cōdictionis: vt ipse dicit pp̄ter ea que dicta sunt.s.in.viij.decla. Sed eo qr in gratia se referēte ad bñficiū vacaturum qualitas adiecta verbo sit restringenda ad tempus verbi et quo bñficium vacabit.l.in delictis.§.si detracta.ff.de nox.a.et late notatur in.l.ex facto in prin.ff.de vulg.et pupil.

**Duodecimo** Predicta cōclusio pcedit et in obligatione causata ex lege vel cōstitutione aut statuto inspicitur enim tēp⁹ quo obligatio contrahitur ex statuto et sm illud tempus consideratur pe-

cunia de qua in lege vel statuto per ea que dixi. ṡ. in prece-
denti declaratione post Oldra. in consil. ccl. incipiente fa-
ctum tale est ⁊c. cum concordan. ibi allegatis vbi satis dixi
de constitutione vel rescripto sequitur Cumeus ↄsi. cccxx.
incip de pluribus in vlt. col. iii. volu. ⁊. clxxx. incip. visis nō
nullis. xxvii. colū. versi. restat. ii. volu. Et iuxta p̄dicta dixit
Spec. inti. de solu. §. nunc aliqua in fi. ꝙ si statutū imponit
certā penaꝫ pro maleficio vel mandat dari certum salarium
potestati ⁊ post conditum statutū contingat mutari mone-
tam siue in bonitate intrinseca siue extrinseca fieri deb. bis
solutio pene de moneta currente tpe condēnationis vel sa-
larii prestandi quo tempore condēnatus dicitur obligatus
ad penā quod etiam voluit ibi in addi. incipi. nō. hic dicens
in penis legalibus inspici monetam currentem tempore cō-
trauentionis qđ inducit ad condēnationes statutoꝝ ⁊ in cō-
uentionalibus tempus obligationis vult idem Bal. in. l. il-
lud in fi. cōmen. C. de sac. san. eccle. ⁊ in. l. ii. i. col. C. cōmu. de
leg. ⁊ Zaba. Pe. de anch. ⁊ Imol. post Zenze. ⁊ Math. in
cle. si beneficioꝝ de deci. But. in. c. quanto de iuretur. cum
quo transit Areti. in. l. qđ te. iii. col. ff. si cer. pe. ac Marti. de
lau. in. l. cū quid illo co. ti. vbi do. Frā. cur. i. v. q. Pau. de ca.
in. d. l. ii. in prin. C. cōmu. de leg. facit. c. olim de mu. cū gl.
⁊ tex. cū glo. in. c. fi. de maledi. qđ sm̄ Pe. de anch. in. d. cle.
beneficioꝝ vlti. colū. de deci. debet intelligi si delictum fuit
cōmissum post mutationē monete vel potestas conductus.
Nam cum ex cōmissione delicti quis eo tempore obligetur
ad penā insti. de oblig. que ex male. in prin. ⁊. l. ex maleficiis
in prin. ff. de act. ⁊ oblig. licet sententia declaratiua ⁊ condē-
natoria sequatur iuxta. l. eius qui delatoreꝫ cum ibi notatis
ff. de iur. fi. Non propterea desinit ex maleficio ⁊ tēpore ma-
leficii fuisse obligatus: vnde sm̄ Pet. de anch. vbi. ṡ. debet
ↄsiderari pecunia ⁊ qualitas ac valor pecunie: que tunc cur-
rebant sicut in ciuilibus obligationibus: ⁊ probatur. in. d. l.
ex maleficiis in prin. ⁊. l. omnē cum ibi notatis p glo. ⁊ doc.
ff. de iudi. Et idem esse debet in salario per statutuꝫ debito
sm̄ Pe. de anch. q2 si potestas fuit cōductus ante mutatio-
nem monete debebit considerari illa moneta ⁊ sm̄ illā ⁊ eius
valorem fieri solutio salarii. Et si post mutationem monete
fuerit conductus prestabitur salarium sm̄ monetaꝫ mutatā
vt sic attendamus tempus obligationis contracte ⁊ ita re-
perio consultum fuisse in salario potestatis Albe marchio-
natus montisferrati p Bal. in consi. cxxxvii. incipi. super co
ii. volu. sm̄ pen. impressionem: ⁊ dixi in. vii. decla. in fi. sequit
Jo. de ana. in. c. fi. penul. col. de maledi. ⁊ Willus in repe. l
verbo pecunia: qđ est limitandum sm̄ Bal. in consi. preallc.
nisi consuetudo se haberet: vt sm̄ monetam currentem tpe
solutionis ⁊ ad illius estimationem fieri deberet solutio:
vt etiā dixi in prece. decla. circa fi. post Alex. ↄsi. xx. ii. volu.
rationes antē quare in debito ex lege vel statuto cōsideret
non tempus statuti vel legis sed aliud ⁊ in contractibus cō-
sideretur tempus contractus multas assignat Bal. in. d. l.
ii. C. cōmu. de leg. quē sequitur Jo. de ana. i. c. fi. ante pe. col.
de maledic. Sed melior videtur illa quā. ṡ. retuli ex mente
Pe. de anch. in. d. cle. si beneficioꝝ: vꝫ vt vtroqꝫ casu inspi-
ciatur tempus quo obligatio formatur: ita vt non sit atten-
dendum an statuta magis equiparentur vltimis voluntati-
bus ꝙ̄ contractibus: prout dixit Ro. in cōsi. cccxiii. i. alleg.
i. col. ⁊ do. Fran. cur. in. d. l. cū quid. v. q. ⁊ istam rationem:
ꝙ inspiciatur ratio ortus obligationis assignat Bal. in. d.
l. illud in fi. cōmen. intelligendo: an formatio obligationis
an ortus inspiciatur: vt declaraui in. vii. decla. Et sm̄ predi-
cta est intelligenda glo. in verbo solidos cū notatis p Bal.
But. Panor. Imol. ⁊ doc. in. c. conquerente de offic. ordi.
dum dicit ꝙ solidi qui debentur pro cathedratico ex consti-
tutione canonis debentur sm̄ antiquos solidos quoniā illa
procedunt eo q2 vsqꝫ a principio constitutio obligauit clerū
episcopis ad cathedraticuꝫ vel sinodaticū nō sic est in. l. vel
statuto imponente penam q2 non habet quem obliget ante
delictum cōmissum: vnde qū constitutio vel lex tempore sta-
tuti vel legis hꝫ quem obliget nō simpliciter. sed erga aliū
vel tendit ad estimationem alicuius rei: puta serui fugitiui
tunc intelligitur imperpetuum de moneta sm̄ tempus sta-
tuti legis vel constitutionis: ⁊ ita posset procedere decisio
Bal. in. l. quicūqꝫ vlti. col. C. de ser. fugi. cū aliquib⁹ cōcor.
i. allegan. Et ita in effectu saluatur consi. Old. numero. ccl.
incip. factum tale est: vbi voluit ꝙ si ex constitutione summi
pontificis vna ecclesia alteri obligetur ad annuā pensioneꝫ
redditū vel censum intelligi debet de moneta currente tem-
pore constitutionis: que ↄsideratio fuit de mente Panor.
in consi. lvi. i. allegando: licet Ro. in consi. cxxiii. incipien.
circa primum aliter tenuerit: videlicet ꝙ eo casu: ⁊ etiam
generaliter vbi ex constitutione vel statuto debetur certa
summa pecuniarum debeat attendi tempus solutionis ⁊ nō
bene per predicta. Item sm̄ predicta etiam intelligendum
est: qđ voluit But. in. d. c. quanto cū quo transit Aret. i. d. l.
qđ te. iii. col. ff. si cer. pe. volēs in obligatione legis vel sta-
tuti si antiqua pecunia reprobetur vel non sit in vsu attendi
monetam currentem lꝫ etiam Panor. in. d. c. quanto vlti.
col. de iureiuran. versi. quid autem in statuto ⁊ in cōsil. lvi.
incip. ꝙ solutio. ii. vol. dubitauerit dicens: sibi videri ꝙ de-
beat attendi moneta currens tempore legis vel statuti eo
maxime: q2 quando imponunt penam videntur illam velle
cōmensurare ad delictum. Et si debilitetur pecunia vel va-
lor debilitatur cōmensuratio dicens simile in salariis: quā
opi. tenuit Bal. in l. quicūqꝫ vlt. col. post glo. ibi. C. de ser.
fugi. vbi etiam Sali. ⁊ Pau. de ca. ⁊ in. d. l. quotiens. C. de
susce. ⁊ archa. lib. x. ⁊ in. l. fi. ff. de in ius vocā. cum concor. ibi
alleg. maxime p dn̄m preceptorem meum ⁊ per Panor. in
consi. prealleg. Sed ꝓpter hoc non est recedendū a cōmuni
sn̄ia per fundamēta allegata: ⁊ q2 vt dictuꝫ fuit. ṡ. proxi. pos-
sunt multe ex istis decisionib⁹ concordari: nec placet distin-
ctio Pau. de ca. qui fecit differentiā inter legem ⁊ statutuꝫ
in. d. l. ii. in prin. C. cōmu. de leg. volens ꝙ in legibus atten-
datur tempus legis condite ⁊ in statutis moneta vsualis: q2
ista differentia est verbalis. Est bene verum sm̄ Bal. in. d.
l. illud in fi. cōmen. C. de sac. san. eccle. ꝙ vbi pecunia non est
in obligatione vel solutione sed in solēnitate inspicitur tem-
pus statuti vel legis condite: puta qū lex dicit ꝙ donatio vl-
tra quingentos aureos non valeat nisi insinuetur: q2 intelli-
gimus de aureis ⁊ solidis legalibus sm̄ tempus legis con-
dite: quoꝝ. lxxii. faciunt libram iuxta. l. quotiēs. C. de susce.
⁊ archa. lib. x. sequitur notabiliter Pau. de ca. in. l. ii. in prin.
C. cōmu. de leg. Ideꝫ esset vbi pecunia esset in obligatione
⁊ lex vel statutum vltra procederent determinando perpe-
tuam taxationē pecunie de qua in lege vel statuto sm̄ Bal.
in. d. l. ii. i. col. C. cōmu. de leg. qui ita intelligit. l. si aliud. C.
de susce. ⁊ archa. lib. x. voluit allegare. d. l. quotiens: ⁊ si nō
esset certa moneta de qua in. l. vel statuto quid iuris sit de-
clarat Sali. in. l. fi. C. si cer. peta. ⁊ dixi in. i. declaratione.

¶ Reliqua in materia predicta videri possunt p Cy. in. l. si
quis pro redemptione. C. de dona. per Spec. in tit. de instru.
edi. §. porro in fi. Bal. ⁊ Sali. in. l. quicūqꝫ circa fi. cōmē. C.
de ser. fugi. p glo. ⁊ doc. i. l. fi. ff. de in ius voc. p Bal. i addi.
Spec. i ti. de solu. in verbo obligatio legalis: ⁊ p Willuꝫ in
reper. in verbo pecunia cū cōcor. An aūt mutata moneta p
statutum videatur etiam mutatum statutum quod dispone-
bat fieri debere solutionē ad certam monetaꝫ taliter ꝙ sm̄
mutatam monetam solutio sit facienda dicetur infra in. viii.
fallen. i. colū.

**Decimo** tertio p̄dicta conclusio ꝙ inspiciatur quali-
tas ⁊ valor pecunie sm̄ tempus obli-
gationis declarando prout in. iiii. v. ⁊ aliis decla. adeo pro-
cedit vt si debitor ex industria pro pluri expēderit nō possit
peti: vt fiat solutio sm̄ qđ fuit expensa: q2 lucruꝫ ex industria
est ipsius debitoris p ea quē dixit Albe. de ro. post Jac. de
are. in. l. cum quid. ff. si cer. pe. dum dicit ꝙ si quis mihi mu-
tuasset pecuniā reprobatam ⁊ ego mea industria illā expen-
derim pro bona nō tenear ad solutionē bone p. l. iii. ff. ad. l.
fal. iuncta. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. acti. sequit
Mar. de lau. in. d. l. cū quid. facit optime glo. in cle. si bene-
ficiorū in verbo consuetā de deci. que dixit ꝙ valor pecunie
estimatur iuxta pondus. Et consuetudinem cambii que cō-
muniter esse solet non autem iuxta casualem caristiam vel
vtilitatem que casualiter accideret: ⁊ qđ dixit Bal. in. l. ac-
ceptam. xvii. q. de vsur. equum esse: vt pro quanto expendi
tuam pecuniam pro tanto illam tibi soluam procedit in esti-
matione cōmuni: licet eius dictum non sequar. ṡ. in. iii. de-
claratione: vñ siue a casu siue ex idustria pro pluri fuerit pe-
cunia expensa non est curandum: sed attendetur tempus ob-
ligationis declarando: vt dixi in dicta declaratione cū dua-
bus seq. Et ad predicta videri potest: qđ dixit Albe. de ro.
in. d. §. qui reprobos. ii. q. ⁊ qđ ibi alii dicunt.

¶ Decimoquarto

Decimo quarto hec maxime attēdit valor ⁊ qualitas pecunie debite ſm tēpus obligationis declarādo hoc: vt in alijs declara. dictū fuit qñ augumētū vel variatio eius modico tpe durauit esto ꝙ eſſemus in caſu vbi alias inſpiciēdus eēt valor ſm tps ſolutionis vt in moroſo iuxta ea que dicam. ī. in prima limitatione ⁊ ita voluit Bart. in. l. paulus. vj. q. in fi. ff. de ſolu. per. l. ꝑ ecia rerum. ff. ad. l. fal. cū ibi notatis dicens modicum tempus eſſe forte duorum triū vel quinq; dierum ſequitur Jmol. in. c. quanto de iureiurā. pe. col. vbi ēt Pano. in. pe. col. dicens ꝙ qñ eſt ſpes ꝙ de ꝓximo pecunia ſit reditura ad priorem valorem vel qñ valor mutatus non eſt perpetuus vt cōmūiter accidit in ducatis ⁊ alijs monetis groſſis tunc non attendimus talem valorē variatum ēt in moroſis. Secus ſi non eſt ſpes ꝙ dē proximo tollatur talis mutatio vel ſi eſt perpetua quod dictū pano. eſt reſtringendum iuxta no. in. d. l. preciarer: qñ de tpe loq tur indeterminate ⁊ ſicut non attenditur variatio que modico tpe durauit ita non attenditur valor aliquarum perſonarum puta campſorum ſed cōis ſm glo. in cle. ſi beneficiorū in verbo ꝯſuetā ō deci. ⁊ dixi. ſ. l. ii. col. ⁊ ſi debitor ſciēs ꝙ pecunia eſt de proximo captura diminutionem ſoluat creditori ignoranti non liberaſ ſequuta diminutione quin teneatur ad ſupplementū ſm valorē tpis ꝯtus ⁊ oblōnis per not. ꝑ Bal. in. l. acceptam. xvij. cū prece. C. de vſur. ⁊ per not. per Bar. in. l. ꝫ in fin. cōmē. ff. de legi. ⁊ in. l. j. §. j. ff. ſi quis teſ. li. eſſe ius fue. ⁊ ꝑ Bald. in. l. ii. C. de pe. ⁊ cōmo. rei ven. ⁊ in. l. vina la. ij. ff. eo. ⁊ l. iunctis his que dñr de deſtinatis ac de ꝓxime futuris in. l. cetera. §. ſi. ff. de leg. j. ⁊ in. l. diuortio. §. interdum. ff. ſolu. ma. de qua mā deo dante alibi late dicam ⁊ conſequenter debitor ſciens diminutionē de proximo ſuturam poteſt recuſare capere per predicta maxime q: non dicitur ſoluere ſm valorem tēporis obligationis qñ non eſt duraturus ſed de proximo mutādus ꝑ ꝓdicta ⁊. d. l. ꝓcia rer.

Decimo quinto predicta concluſio procedit ēt in moroſo debitore in pecunia adeo minuta vt nō poſſit per aliaꝫ eſtimari q: in eo attenditur valor pecunie ſm tempus obligatiōis eſto ꝙ moroſus teneatur ad intereſſe quanti plurimi a tempore more iuxta. l. vinum. ff. ſi cer. pe. ⁊ non obſtante ꝙ creditor poſſet dicere ſi habuiſſet pecunias ante morā ex eis plures ducatos habuiſſet ꝗ̄ nūc habere poſſit cum forte ducatus tunc minus valeret. nā ſm Bar. ibi cum quo magis cōiter tranſeunt ſcribentes nō pōt petere talē intereſſe cum ſit intereſſe lucri quod nō debetur ꝑ moroſum. in. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. emp. cum pecunia minuta prout ſupra non recipiat eſtimationē per aliā pecuniā de qua materia plenius dicā. ſ. in. j. limita.

¶ Et eſt aduertendum ad aliud quia debitor pecunie moroſus poteſt teneri ēt ad aliud intereſſe puta aliquis debebat in emptionem prediorū. ſ. ccertuꝫ tempus conuertere pecuniam ⁊ diſtulit certe ſi pecunia varietur tenetur ad intereſſe ꝯſiderato an in emptiōe predij ſit intereſſe pecunie mutate per predicta. Item tenetur ad intereſſe fructuum qui percipi potuiſſent ſi mora in emendo non interueniſſet vt late ꝑ. d. Soꝫi. in conſi. cxlvii. incip. circa primum vlt. colum.

Decimo ſexto ꝓdicta cōcluſio ꝙ īſpiciaſ qualitas ⁊ valor pecunie ſm tps obligatōis maxime procedit vbi hoc actū eſſet vt de ſe pꝫ ⁊ notant Zaba. Pe. de ancha. ⁊ Jmol. in cle. ſi beneficiorum poſt Hoſtien. ⁊ antiquos per eos ibi relatos de deci. ⁊ Fran. de Aret. in conſi. xxi. inci. conſideratis ⁊ idem eſt econtra vt dicaꝫ. ſ. in. viij. limitatione vbi idem dicam de conſuetudine vꝫ in. iii. limitatione ⁊ quod dixit Fran. de are. de ſtatuto in ꝯſi. xi. iij. col. vſq; in ſi. que declaratio videtur ſuperflua tanꝗ̄ de indubitabili qr vt dixit Jmol. in. l. paulus in ſi. ff. de ſolu. poſt Joā. An. ⁊ Hoſti. in. c. quanto de iureiu. vtile eſt ad euitandum dubitationes apponi in contractibus ꝙ pecunia reddatur in eodem pōdere in eadem materia ⁊ in eodem curſu vnde qñ datur eſtimatiō. Jlla eſt tenenda lꝫ ſm Bar. ibi in ſi. ſi dicaſ ꝙ debeat fieri ſolutio in eadem eſtimatione ſufficiat notat Pano. in. c. quanto in ſi. cōmen. de iureiu. facit quod dicaꝫ ſ. in. viij. limitatione. Et quid ſi ſtatutum mandet fieri ſolutiones certo modo vel ſm monetam tēporis contractus qō non obſeruetur videatur Fran. de are. conſi. xi. preallegato ⁊ quod dixi ſupra in. xij. declaratione circa medium.

Decimo ſeptimo ꝓdicta cōcluſio ꝙ inſpiciatur valor ⁊ qualitas pecunie tpis obligationis procedit etiam ſi dictum fuerit ꝙ ſolutio fieri poſſit de mōeta curente tempore ſolutionis q: hoc intelligitur vt de illa fiat ſolutio ſi ſit vilior ad eſtimationem antique ſm Pano. in. d. c. quanto vltima col. ver. quid autem in ſtatuto in ſi. cū cōcor. que adduxi ſupra in. vj. declaratione maxime circa ſi. ⁊ erit ſenſus vt ibi dixi ꝙ iſte debitor non cogatur perquirere antiquam pecuniam aut nouam in aliaꝫ permutare iuxta glo. in cle. ſi. de deci. facit quod dicam in ſeq. declaratōe pu to tamen ꝙ vbi obligatio eſſet in genere concepta puta in libris. xx. vel florenis. xx. miſi vel ſab. cuꝫ nulla petia ſit que ita vocetur eo caſu ne illa verba ſint ſuperflua intelligemus de libris vel florenis ad monetā temporis ſolutionis etiā villiorem vel debiliorem. nam ita verificatur florenus Mediolani in. xxxij. ſolidis minoris lige ſicut fortioris ⁊ libra in xx. ſolidis adeo ꝙ niſi ſic diceremus illa verba monete currentis redderentur ſuperflua contra not. in fili. per Barto. in. l. ſi ſtipulatus ſim. x. in melle. ff. de ſolu. vbi dicit ꝙ ſi promiſſi tibi. c. libras in pecunia minuta non potero etiam icōꝫ conſuetudinem ſoluere in moneta groſſa quia cum minuta omnino eſſet in obligatione. l. nummus. ff. de lega. iii. l. ſemꝑ in ſtipulationibus cum ibi notatis. ff. de reg. iur. illa verba l moneta minuta cenſentur adiecta ad hunc finem vt de alia ſolui non poſſit nō ſic ē in florenis aureis ſeu ducatis q: eſto ꝙ promiſſeris mihi centum ducatos auri ſoluendos de moneta currente tempore ſolutionis lꝫ inſpiciamus quantum de illa moneta noua faciat ducatum lꝫ ſit villior tamē plus dabitur cumquanto magis villeſcit moneta argentea tanto plus creſcat mōeta aurea vt demonſtrat experientia ⁊ facit l. ij. ſm vnum ſenſum. C. de vete. nu. pot. li. xj. Fateor tamen ꝙ eo caſu dabitur noua moneta ſm propriū curſum. Jn ſumma equalente ducato de quo etiam dixi in quinta declaratione ⁊ de hac materia plenius continget dicere in. viij. limitatione in tertia ⁊ quarta queſtione vbi dicetur quid ſit qñ ſimpliciter dicitur monete currentis.

Decimo octauo ꝓdicta cōcluſio ꝓcedit etiā ſi princeps ſtatuat ꝙ ſolutiones penſionum debeant fieri de noua moneta :orte qa tempore conſtitutarū penſionum in Francia fiebant turoneñ. debiliores ⁊ tempore ſolutionuꝫ facti ſint fortiores ⁊ ſereniſſimis rex ſtatuerit ſolui penſiones turonenſium ſm nouam monetam. nam dꝫ haberi rō quāti plurimi valent noui antiquis ſm Oldr. in ꝯſi. ccl. incipiē. factum tale eſt ⁊ faciunt que dixi in preceden. declaratione de qua conſtitutione dicam infra in. vj. limitatione notat Jo. Andree in addi. Spec. in tit. de ſolutionibus §. nunc aliqua in ſi. in addi. incip. olim ⁊c.

Predicta Concluſio ꝙ attendatur valor ⁊ qualitas pecunie ſm tempus obligatiōis eſto ꝙ valor fuerit poſtmodū variatus declarādo vt in. iii. ⁊. v. declara. ⁊ alijs ō qbus ſupra dictū ſuit limitatur vt non procedat in debitore moroſo q: in eo attēditur tempus more ⁊ ſequens ſm Bar. Ange. Jmol. cuma. ⁊ Paul. de ca. in l. paulus la. j. ff. de ſolu. ⁊ alberi. Bar. Bald. Ange. Salyc. Pau. de ca. ⁊ cōiter doctores in. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. notatur ēt in. l. quod te eo. ti. dum dī de pecunia promiſſa reprobata poſt moram debitoris ⁊ in. l. creditor in princi. ff. de ſolu. per Zaba. Pet. de ancha. ⁊ Jo. de Jmo. in cle. ſi beneficiorum de decimis notat Bar. in. l. res in dotem. ff. de iure do. Alberi. de ro. poſt Guil. de cu. in. l. vinum vlt. colū. ff. ſi cer. peta. doctores cōiter in. l. nūmis. ff. de in li. iur. hutrius Jmol. Pano. ⁊ cano. in. c. quanto de iureiu. Bal. in conſi. cxxxvii. incip. ſuper eo ⁊ in conſil. cccxxxix. incipien. pāctus qōnis ſecundo vol. ſm pen. impreſſionem ſoci. in conſil. vj. ⁊ melius in conſi. cxcviii. incip. pro fundamento. Ex quo īfertur ꝙ ſi debitor in florenis aureis ſeu ducatis tempore quo valebant ꝗ̄ttuor libras ⁊ ſolidos. xiiij. ſoluat lapſo termino ſolutionis ſeu dudum poſt interpellationem ſeu poſt tēpus more ⁊ contingat valorem ducati decreuiſſe poſt tēpus quo ſolutio fieri debeat vꝫ ad libras quattuor cuꝫ dimidia talis debitor ſi erit debitor centum ducatorū tenebatur dare ipſos centum ducatos ⁊ vltra quanti plurimi valebant añ moram ideſt . cccc. ſolidos Mediolani in totum ſeu quattuor ſolidos pro ſingulo ducato : ⁊ ſic dabit centum ⁊ quattuor ducatos ⁊ libras duas Mediolani loco centum ducatorum per. d. l. vinum cum ibi notatis. ff. ſi cer. peta. ⁊. l. in hac cum ibi ēt notatis. ff. de triti. quod eſt intelligendū quo ad extrinſecam bonitatem. nam ſi plures libre requirantur ad ducatū

q̃ dixi quitus pp bonitatem intrinsecam mutatam in moneta considerabitur valor ducatorum ſm libras monete tēporis ꝯtractꝰ ēt in moroſſis cum iſtud non ſit intereſſe more vt ſ ſe pȝ ⁊ ex notatis per Bart. in. d. l. paulus. vj q. in ictis his que dixi late in prima declaratione. Et que dicaȝ. j. in. viij. lum. iij. ⁊ quarta q̄one quod poſſet reſtrigi niſi princeps mādaret poſt moram monetam debilem ſolui pro tanto quātā bona expendebatur ante moram ⁊ in hoc creditor non eſſet paſſurus intereſſe vt quia eſſet campſor per. ſ. dicenda. Et quod dictum eſt in debitore moroſo procedit ēt econtra. In creditore moroſo vt per Bald. in. c. quanto vlt. col. verſi. extra quero de iureiur. ⁊ clarius per Paul. de ca. in. l. paulus ff. de ſolutionibus ⁊ in. d. l. cum quid poſt quoſdaȝ alios ſcribentes ſequitur Marti. de lau. in tractatu de mōeta l. xiiij. q. verſi. circa quartum. Ex quo ſequitur q̄ ſi debebam tibi centum ducatos tempore quo valebāt quattuor libras cum dimidia quos volui ſoluere ⁊ noluiſti poſt ⁊ morā tuam in nolendo accipere cōmiſſam ducatos creuit ad libras quattuor ⁊. xiiij. ſolidos Mediolani non cogar ſoluere centum ducatos q̄ plus ſoluerem q̄ȝ eſſet in obligatione vel q̄ȝ valeret ducatus ante moram pp quod de ſingulo ducato detrabantur quattuor ſolidi ⁊ de tota ſumma. cccc. ſolidi ⁊ ſic non tenebor ſi velliȝ ſoluer in ducatis aureis dare niſi. xcv. ducatos ⁊. xxviij. ſolidos per ea que habentur in. d. l. vinum ⁊ facit. l. creditor in prin. cū ibi notatis. ff. de ſolu. quod dicebat Pau. de ca. in. d. l. paulus ſe habere de facto ⁊ ſunt notabilia. Et predicta procedunt ſm Barto. ⁊ doct. cōiter in. d. l. paulus maxime Ang. Imol. Pau. de ca. glo. ac cōmuniter doct. in. l. nūmis. ff. de l li. iur. vbi Alex. ⁊ Moderni ⁊ alex. in. d. l. cum quid pe. colū. ff. ſi cer. pe. in pecunia groſſa que p aliam eſtimatur ideſt per magis minutam. Non autem l debitore pecunie adeo minute vt per nullam eſtimetur ſeu cui non ſubſit alia magis minuta. Hinc ſi debebas mihi. xx. libras monete minute ſeu imperialium tpe quo ducatus valebat quattuor libras ⁊ poſt moraȝ creuerit ducatus ad quattuor libras ⁊. xiiij. ſolidos nō potero petere niſi. xx. libras nec potero dicere q̄ ante moram pro. xx. libris de imperialibus potuiſſem habere ducatos quinq̄ȝ auri ⁊ q̄ nunc vȝ hoc tēpore quo vis ſoluere ex. xx. libris nō poſſem habere niſi ducatos quattuor auri ⁊. xxviij. ſolidos taliter q̄ patior intereſſe librārum trium ⁊ ſolidorum ſex que ſumma deficit ad complementum duc. quinq̄ȝ. Ratio ſm Bart. ⁊ doct. i. d. l. paulus cum concor. preallegatis q̄ iſtud itereſſe in hac pecunia minuta non eſt intereſſe damni ſed lucri extrinſeci de quo itereſſe lucri extrinſeci ratio haberi non debet. l. ſi ſterilis. §. cū per venditorem. ff. de act. emp. Et q̄ nō ſit intereſſe damni ſed lucri probant Bar. ⁊ ſequaces in. d. l. paulus q̄ tunc eſt intereſſe damni q̄n creſcit ⁊ decreſcit eſtimatio eius quod debetur. d. l. vinum ⁊ no. in. l. j. C. de ſenten. que pro eo quod inter ſed eſtimatio pecunie taliter minute non creſcit nec decreſcit ⁊ pariter non creſcit vel decreſcit eſtimatio ⁊ valor librarum que conſiſtunt ⁊ debētur ex pecunia taliter minuta et hoc ideo eſt q̄ pecunia taliter minuta per aliam nō eſtimatur ideſt per groſſam ſed bene ecōtra quia groſſa per minutam eſtimatur. nam lȝ accruꝰ paruorum nummorū poſſit eſtimari per pecuniam groſſam tamen vnus nūmus adeo paruus ⁊ ſinguli tales nummi non recipiunt eſtimationem in groſſa cum non ſint permutabiles ⁊ conuertibiles in groſſam ⁊ pro tanto nō poteſt pecunia taliter minuta dici a groſſa eſtimari q̄ illud dr̄ eſtimare rem aliquam quod eſt in illā permutabile ⁊ conuertibile. l. j. ff. de contrahen. empt. non ſic in pecunia groſſa que eſt in minutā permutabilis ⁊ cōuertibilis vt de ſe patet ſicut in aliis rebus euenit que per pecuniam eſtimātur. l. ſi ita. ff. de fideiuſ. ⁊ hec opinio eſt apud legiſtas magis cōmunis vt pȝ ex notatis in. d. l. nummis vbi Alex. ⁊ moderni ⁊ in. d. l. paulus ⁊ per Alex. in. d. l. cum qd pe. col. ⁊ hec limitatio vt dixi p̄cedit i itereſſe extrīſeco qđ eſt damni puta q̄n valor pecunie etiam groſſe debite eſt diminutum vt ſupra figuram exemplum ſecus ſi eſſȝ auctus q̄ȝ tunc peteretur intereſſe lucri quod non deberet niſi p̄ſone ſolite negociari ſm Imo. in. d. l. paulus ⁊ doctor in. d. l. nūmis vbi Alex. in ſi. cōmen. ⁊ infra dicetur. Hinc ſi debes mihi centum libras ⁊ ducatus creuiſſet poſt moram non potero dicere q̄ ex centū libris ante morā potuiſſem habere plures ducatos ⁊ q̄ plures libras volo vel tot ducatos quot potuiſſem habere ex cētū libris niſi ſim p̄ſona ſolita lucrari vt ī fra dicetur.

¶ Et tenendo hanc opinioneȝ q̄ intereſſe lucri peti non poſſit ⁊ q̄ in pecunia minuta non ſubſit intereſſe dāni ſed lucri eſſet limitāda ſm Alex. in locis preallegatis niſi talis moneta minuta eſſet in valore diminuta q̄ eſto q̄ debitor non teneretur ad augumentum monete groſſe eo caſu quo eſt debitor in moneta minuta tanq̄ȝ pro lucro teneretur tamen pro decremēto minute pecunie tanq̄ȝ pro damno emergeñ. per ea que ſupra ad propoſitum allegata fuerunt ⁊ idē ſi moneta minuta de qua in promiſſiōe aucta fuiſſet vt q̄ non eſſet adeo minuta quin reciperet variationem quia tunc de ea eſt dicendum proportionabiliter idem quod de groſſiore per predicta ⁊. l. iij. in ſi. cum gl. ff. de eo qđ cer. lo.

¶ Item ſecundo limitatur predicta opinio ſcđm Alexan. in locis preallegatis poſt cumam. ⁊ Imol. in. d. l. paulus ⁊ Gui. de cu. in. d. l. nūmis ⁊ no. per glo. ⁊ Cy. ac Bart. in. l. j. C. de ſenten. que pro eo quod intereſt vt non procedat quando lucrum eſſet quaſi certum vt q̄ creditor eſſet perſona ſolita negociari cum pecuniis prout ſunt campſores ⁊ hij qui ex permutatione pecuniarum ſolent lucrari ita q̄ veriſimiliter ſi pecunias minutas ſibi debitas ante moram habuiſſet illam in maiorem permutaſſet ⁊ idem de alio lucro per. d. l. iij. §. ſi. ff. de eo quod cer. lo. iunctis notatis in. d. l. j. p Bar. ⁊ alios. C. de ſen. que pro eo quod intereſt facit quod voluit glo. ⁊ Bal. in. l. curabit. ff. de act. empt. Pano. in. c. cōqueſtus de vſur. ⁊ in. c. venerabilis de except. ⁊ i. c. p. ⁊. g. ð offi. dleg. ⁊ Bal. in. l. in contraria. ff. ð vſur. ⁊. l. ſi vero. §. vſuras ff. mand. dum dicunt ſolitos mercari poſſe de iure canonico ⁊ in foro conſcientie petere intereſſe lucri circa quod aliqd dicit Fran. de are. in conſi. ix. in ſi. ⁊ lȝ Ang. predictam limitationem intelligat in arbitrariis tantum procedere vt per eum in. d. l. paulus tamen veritas eſt q̄ ēt in non arbitrariis procedat q̄n p̄ſona eſt ſolita negociari vt per Bar. ⁊ doct. in. d. l. iij. §. ſi. ⁊ Imo. in. d. l. paulus cū concor. preallegatis.

nuit in.l.acceptam.C.de vsur.quia imputet debitor: si non expendit: ⁊ sic non est curandum de auctoritate Bal.cũ sic contrarius consuluit tamen in Urbino: vt ipse Bald.refert in.d.l.si quis argentũ in prin.C.de dona.q inspiciatur tempus solutionis. Idem videtur velle Bart.in.l.cum aurum ff.de au.⁊ argẽ.lega.per illum tex.cum glo. Contrarium q inspiciatur sm qd pecunia valebat tempore contractus tenet Jaco.but.in sua disputatione que incipit quidam collonus. Idem tenet Albe.in.d.l.cũ quid: idem videtur tenere Oldra.consil.xiij.p.c.olim de censi. Mihi saluo saniori consilio videtur dicendum primo anteq̃ veniam ad decisionez q titulus questionis non procedat: qr vna pecunia non potest solui pro alia quãdo est diuersa in materia pondere vel forma: vt dixi.s.in primo articulo an vna moneta p alia possit solui q̃stio ergo pcedit ex generali ↄsuetudine sm Bal. in.l.libera.C.de sen.⁊ interlo.om.iudi.vt pro auro pecunia argentea solui possit: vt.s.dixi. Redeo igitur ad ppositum ⁊ cõsiderandum est q aut loquimur in pecunia argentea: vt in grossis ⁊ tunc debet reddi sm eandem materiam ⁊ ponderis idẽtitatem nec attenditur estimatio: vtputa mutuaui vel deposui centũ grossos si vis mihi reddere sextinos eiusdem lige argenti: prout erant grossi mutuati ⁊ in eodẽ pondere: ita vt sextini omnes quos dabis sint omnes tanti ponderis ⁊ eiusdem lige argentee quanti grossi.d.l.cum quid ⁊ tunc non interest creditoris magis accipere sextinos q̃ grossos nec econtra propter functionem eiusdem generis ⁊ qualitatis.l.ij.§.j.ff.si cer.pet.l.si.§.si.ff.de au.⁊ argẽ.lega. nam similiter augumentatur etiam estimatio sextinorũ portionabiliter cum sint eiusdem lige argentee ⁊ eiusdem ponderis: si autẽ soluz augumentatur vel diminuitur estimatio grossorum nõ autem sextinorum eiusdem lige immo sextini semper essent eiusdem estimationis tũc periculum esset debitoris: ratio q creditor non tenetur recipere in alia forma si sua interest ⁊ dãnum patiatur.d.l.paulus: vbi casus ⁊ dixi.s.in mutatione forme. Si autez loquimur in mutatione estimationis in pecunia aurea: puta mutuaui centum ducatos venetos ⁊ tũc est distinguendum: aut volo soluere ducatos eiusdem forme materie ⁊ ponderis ⁊ ante morã periculum est creditoris.d.l.cuz quid: vt.s.dixi: aut volo soluere alios aureos alterius materie vel ponderis vel forme vel argenteos pro aureis sm consuetudinẽ generalem ⁊ hic aduertez quia sm veritatem tunc inspicitur tempus contractus: quia posset soluere auream vel argenteam alterius materie vel ponderis vel forme sm estimationem pecunie tempore contractus: quia hec estimatio non venit in ratione more ideo non inspicitur tempus petitionis vel solutionis vel more: immo venit hec estimatione ne damnum patiatur creditor recipiendo in alia qualitate ⁊ sic in alia forma vel materia.d.l.paulus ⁊.d.l.cum quid: si autez veniret estimatio ratione more inspicitur tempus more: vt quia interpellatus.d.l.vinum: ⁊ isto modo possunt concordare doct.qui sunt varij in hoc articulo: vt dixi.s.nam inspicitur tempus contractus: quando estimatio venit loco qualitatis intrinsece ponderis vel materie deficiẽtis in pecunia que soluitur sm pecuniam que debetur.d.l.cum quid: ⁊.l.fundũ cornelianũ.ff.de nouna.⁊.l.stipulatio hec la picholla.ff.de verb.oblig.⁊.l.vbi eo.ti.facit quia sicut in aliis rebus inspicimus tempus contractus.l.si voluntatis in fi.⁊.l.ij.C.de rescin.vendi.cũ simi. Ita in estimatione pecunie que fit ⁊ sic subrogatur loco bonitatis deficientis inspicitur tempus contractus: vt subrogatuz sapiat naturam ⁊c.§.fuerat: insti.de ac.⁊ ita loquitur Jac.but.in.d.disputatione cũ sequen.suis. Si autez nõ fieret estimatio ratione qualitatis intrinsece bonitatis monete: tunc inspicitur tempus petitionis vel more.d.l.vinum: ita loquitur Bal.in.d.l.cum quid cum sequentibus ⁊ ita dz intelligi dictum Bar.in.l.cuz certũ allegata q inspiciatur tempus solutionis quo ad hoc quando non est mutata qualitas intrinseca. Si autem apposita esset dies in solutione fienda inspiciatur illa dies solutionis quo ad estimationem quanti plurimi ratione more.d.l.vinum: non quo ad estimationem qualitatis monete quia in.d.l.cuz quid: venit qualitas ex natura obligationis in.l.vinum: venit ex officio iudicis.l.fundum cornelianum.ff.de noua.vbi Bar.cũ text. d.l.cuz quid: sicut in simili si mutuaui tibi vinum: vt reddas ad pascha: certe estimatio quãti plurimi venit a die pasche d.l.vinum: qualitas autem intrinseca a die cõtractus inspicitur.d.l.cum quid ideo si ante moram vellez in paschate vinum q non esset ita bonum quia nõ potui reperire veniret estimatio illius bonitatis deficientis facit.c.olim ⁊.c.cum canonicis de censi.ita vidi ↄsiliũ prestantissimoꝝ doctoꝝ legẽtiũ in hac ciuitate papie dũ dux mihi emisisset sal.o Januẽsib⁹ vt inspiceretur estimatio pecunie tpe ↄtus emptionis ante moram facit.l.ij.C.de vet.numis.po.li.xj.

¶ Quero quid in testamento an inspiciatur estimatio tempore testamenti an tempore solutionis.so.tempore testamẽti sm omnes doc.l.vxori.§.primo ⁊.l.vxor.§.testamento.ff. de lega.iij.

¶ Quid autez in.l.vel statuto dic aut loquimur de lege dãte solemnitatem ⁊ inspicitur tempus legis vel statuti aut d̃ lege loquente de solutione ⁊ inspicitur tempus solutionis cle.si.de deci.⁊ Bal.pulchre in.l.illud in fi.C.de sacro san. eccle.⁊ Specu.in titu.de solu.§.nunc aliqua versicu.si.vide Anto.de bu.in.d.c.quanto ⁊ Jo.and.in addi.Spec.dicto §.nunc aliqua versi.si.⁊ Alberi.in.d.l.cum quid ⁊ Bald.in l.ij.in princ.C.cõmunia de lega.

¶ Utens falsa moneta expẽdendo punitur arbitrio iudicis Albe.in rub.C.de falsa mone.qui allegat.l.j.C.de vet.nu. po.lib.xj.

¶ An inspiciatur estimatio tempore sententie vl̃ solutiõis so.tempore sententie vt p Oldr.consilio.xiij.facit.l.imperatores.ff.de ↄtrahen.emp.⁊ vide Alberi.in.d.l.cũ quid.

¶ Quid autem si pecunia est estimata puta mutuaui vel deposui vel dedi in dotem centum libras in florenis vel centũ libras in grossis an inspiciatur tempus cõtractus an solutionis intelligendo questionem ante moram quia post moram est periculum morosi vt dixi supra Bart.in.d.l.paulus circa finem dicit q inspicitur tempus solutionis quia videtur dati floreni vel grossi insolutum pro centum libris ideo omne lucrum ⁊ damnum in dictis florenis est debitoris.l.si inter C.de iure dotium.l.estimate.ff.sol.ma.imo inspicitur tẽpus solutionis.l.si qs stipulatus fuerit decez in melle.ff.de solu. ⁊ idẽ ẽt vi sentire Ant.de but.in.d.c.q̃to in verbo quartus casus hoc limitat Bar.verum nisi esset factum pactũ vt reddantur centum libre in florenis per.l.plr.§.si mancipia.ff.solu.ma. Et sic ex hac theorica Bart.sequitur si mutuaui tibi centum ducatos ad ratiõem solidorum.xxxij.pro ducato augumentum vel diminutio estimatõis floreni nõ attenditur vt cõmuniter hodie fit in instrumẽtis attende: vt intelligas Bar.quia dictum suum debet intelligi vt fiat solutio pecunie argentee ⁊ sic eiusdem lige ⁊ bonitatis intrinsece prout erat tempore ↄtractus ⁊ ita seruatur papie per.d.l.cum qd ⁊ dixi supra verbi gratia mutuaui cẽtum libras i florenis pecunia tunc argentea erat bone lige certe tempore solutiõis debent reddi in eadem bonitate pecunie argentee vt dixi supra quia attenditur in bonitate intrinseca tempus contract⁹.d.l.cum quid dubito tamen contra Bar.quia Bar. in.d.l.paulus sentit in fi.q floreni non sint in obligatione sz in facultate soluendi. Et ideo non inspicitur valor floreni p d.l.si quis stipu.fuerit decez in melle quia imo dicitur q floreni sint in obligatione per.l.⁊ si equo.ff.de lega.j.⁊ ita voluit ipsemet Bar.in.d.l.si quis stipulatus fuerit.x.ergo illa estimatio non est facta vt fiat venditio vel datio insolutũ floreni vt.d.l.estimatõez.ff.solu.ma.⁊.l.res in dotẽ.ff.de iure dotium ⁊ no.in.d.l.si inter ideo crederẽm q Bart.melius loquitur in.d.l.si quis stipulatus vt floreni etiam sint in obligatione vt fit quottidie in instrumentis quia dicitur deposuit vel mutuauit vel dedit in dotem centum florenos ad rõnem solidorum.xxxij.pro floreno: naz fit estimatio vt sciatur quantum valuit florenus tempore cõtractus vt in.d.l.si estimatis ideo debitor ante moram poterit reddere vel ducatos aureos in eadez bonitate vel estimatione ducati aurei sm tempus contractus nõ solutionis predicta vera semper ante moram.nam post moram potest intelligi Bar.vt veniat estimatio a die more vsq̃ ad tempus solutionis.d.l.vinũ facit contra Bar.d.l.pe.§.si mãcipia.ff.so.ma.⁊ videtur ita sentire Bar.in.d.l.si quis stipulatus fuerit.x. ¶ Preterea contra Bar.facit sicut inspicitur tempus contractus in estimatõe quando contraheñ.fecerunt pactum libre in totidez florenis idem si non sit pactũ: quia ita tacita agitur.d.l.cum quid in ratione sui ⁊.l.res in dotem.ff.de iure dotium ideo dicerem cum hodie dicitur in instrumentis centum ducati ad rationẽ sm.xxxij.solidorum dz soluere aut aureos eiusdez

qualitatis aut estimationis ſm tempus cõtractus. Nota ꝙ Mediolani ſeruatur ideo debet dicere auri in auro ſm col legium Mediolani ꝙ ſi in instrumento dicit titius mutuauit centum florenos boni auri ⁊ iuſti ponderis intelligitur de ſolidis .xxxij. in moneta tamen vbi non eſſet illa conſuetudo tunc debet intelligi de auro ⁊ de ducato .l.j.C. de ve. numiſ. pote. lib. xj. quando ſit promiſſio pecunie de qua intelligatur dic inſpici cõſuetudinem alſ ſimilitudinem ⁊ vbi non apparent coniecture intelligatur de minima .l. ſemp in ſtipulationibꝰ in glo. ff. de reg. iur. l. nũmis de lega. iij. cũ ſi. Nota viuum in quo conſului: nam in instrumento continetur qualiter titius promiſit centum florenos omni anno ex tali poſſeſſione: deinde per decẽnium fuit facta ſolutio per debitorem ducentum florenorum in auro vel in tanta pecunia: certe cõſului ꝙ illa promiſſio de centũ florenis intelligitur de aureis non autem de ſolidis .xxxij. pro floreno. q; ſequẽs ſolutio continuata per decẽnium declarat qualitatem monete dubie .l. cum de in rem verſo. ff. de vſu. Ang. in .l. ſi certis annis .C. de pactis alſ intelligitur de minimis .d.l. nummus predicta vera quando dubium eſt de qua pecunia: ſi autem eſſet certum: puta promiſi centũ aureos venetos iuſti ponderis ⁊ boni auri ad hoc vt poſſit preſcribi qualitas pecunie requirunt .xxx. anni in priuato .xl. l. eccleſia .c. olim de cenſibus. ⁊ ita Butri. in diſputatione quidam colonus.

¶ An in nummis in litẽ iuretur ratione affectionis Bar. ⁊ Ange. dicunt ꝙ non in .l. nummus. ff. de in lit. iur.

¶ An in moneta eiuſdẽ ſubſtantie ⁊ lige lʒ diuerſa admittetur compenſatio .l. ſi .C. de compenſa. vbi Bald. ⁊ ego in diſputatione mea pulchre vide Bar. in .l. lecta. ff. ſi cer. pe.

¶ Quid ſi dico promittis centum groſſos ⁊ tu dicis promitto valorem centum groſſorum in medalijs non valet ſtipulatio propter diuerſitatem materie Bar. in .l. que extrinſecus. ff. de verbo. obliga. ꝙ immo valet Bal. in .l. ſingularia ff. ſi cert. peta.

¶ Si promitto centum libras in denarijs poſſũ ſoluere de qua pecunia velim Ang. in .l. ſi .C. de vete. numiſ. ⁊ de materia monete: vide Jac. but. in dicta diſputatione Albe. in .d. l. cum quid ⁊ ibi Bal. ⁊ Ang. ⁊ Fulg. in .l. ij. in .§. j. ff. ſi cer. peta. ⁊ in .l. vinum ⁊ in .c. quanto Jo. and. ⁊ Anto. de but. ⁊ ⁊ Bald. in .l. illud .C. de ſac. ſan. eccle. ⁊ in .l. acceptam .C. de vſu. ⁊ Ang. in .l. ſi .C. de vete. numiſ. pote. ⁊ Bar. ⁊ Ang. in l. paulus: Specu. ⁊ Jo. and. in ti. de ſolu. in .§. nunc aliqua ⁊ §. ſi. ⁊ in .l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle per Bar. de ſolutio. Laus Deo hic finis.

¶ Sequitur tractatus monetarum practicabilis ac vtilis tam doctoribus ꝙ procuratoribus: Editus ab eximio iureconſulto domino Francisco Curtio dum legeret .l. cũ quid. ff. ſi cer. peta. Anno domini .M.cccclxxxij. in florido ticinenſi ſtudio.

act: habes duo In 6.° vol: tract. 80

## Ad euidẽtiam

Premitte ꝙ nemo poteſt cudi monetã fundi ſeu ſtampari niſi Papa aut Imperator vł quibus ipſi cõceſſerunt facultatem cudendi ſtampandi vel fundendi monetã vel niſi aliquis haberet ꝯſuetudine preſcripta: ita eſt Glo. ordinaria in rubri. C. de vete. numiſ. po. lib. xj. Et ideo caueant alij vt ab igne: ⁊ vidi multos periclitari.

¶ Secundo ad euidentiam premitto: ꝙ expenſa cudendi monetam debet fieri de publico: vt tantum valeat pecunia in maſſa quantum in forma ſm vnam opi. vel ſm aliam detractis expẽſis cudendi: vt late explicaui in .l. ij. in .§. j. ꝺ. eo. ⁊ ibi retuli omnes auctoritates.

¶ Tertio ſcire debetis ex verbis Bart. hic ꝙ duplex eſt bonitas monete altera intrinſeca que conſiſtit in liga ponderis ⁊ caractere altera extrinſeca cõſiſtente in valore ⁊ eſtimatione pro qua expenditur .l. j. ⁊ ſi .C. de vete. numiſ. pote. lib. xj .l. j. ff. de contrahen. emptio. Doct. in .c. quanto extra de iureiuran. Et nemo dubitat ꝙ ſemp pecunia eſt reddenda in bonitate intrinſeca: quando de illa reperitur. Si vero non reperitur poterit ſolui de noua habita ſemper relatione ad eſtimationem pecunie mutuate .c. cum olim ⁊ .c. cum canonicis extra de cenſi. ⁊ ſic ſemper habetur reſpectus ad materiam ⁊ pondus: reſpectu autem caracteris ⁊ forme poteſt de alia ſolui dummodo creditor non afficiatur damno. Exemplum aliquis ducatos venetos mutuo dedit poſſem ſibi reddere teſtonos Mediolani vel genuenſes qui habẽt anguem niſi creditor eſſet paſſurus aliquod damnum in diuerſitate forme ⁊ caracteris: puta ſtatuiſſet ire ad partes maritimas ⁊ longinquas ⁊ ibi ducatus venetus magis eſſet congruus ⁊ congruens: nam iſto modo non poſſet alios ſoluere: q; creditor eſſet paſſurus dãnum .l. paulus: vbi Bart. nõ. ⁊ omnes. ff. de ſolu.

¶ Querit Bar. hic de quottidiana .q. mutuaui tibi pecuniam an recipiens teneatur reddere ſm antiquam formam an vero ſm nouam decidit Bart. ꝙ ſi mutatur bonitas pecunie intrinſece: ⁊ fiat pecunia in alia forma ⁊ materia concluditur ꝙ tunc debebitur reddi ⁊ ſolui de antiqua: q; noua eſt omnino diuerſa ⁊ hoc ſi poteſt de antiqua reperiri ſi autem non reperitur debet ſoluere eſtimationem: q; tunc agitur: vt reddatur in eadem bonitate ⁊ eodem genere: vt hic in tex. ⁊ glo. aut nõ mutatur pecunia in bonitate intrinſeca: ſed variatur eſtimatio ⁊ valor ipſius: vt q; ducatus aureus qui tunc valebat ⁊ expendebat pro quattuor libris ⁊ decem ſolidis: ſi hinc ad aliquos menſes creſcat valor ⁊ eſtimatio: q; forte valebit libras quinq; vel forte decreſcat ad libras quattuor ⁊ in iſta bonitate que vocatur extrinſeca non curamus nec inſpicimus niſi eo tempore quo cepit eſſe in mora: ⁊ in mora conſtitutus eſt .l. vinũ. ſ. eo. iſta eſt doctrina Bar. hic ⁊ in .d.l. paulus: ⁊ tranſeunt etiam Doc. hic in hac .l. noſtra cum quid Pet. ⁊ Cy. in .l. in minorum .C. in quibus cauſis reſti. in integ. non eſt neceſ. Jo. an. ⁊ doct. in .d.c. quanto ⁊ in .c. olim: ⁊ in .c. cum canonicis extra de cenſi. Jo. de imo. ⁊ Moder. in .d.l. paulus: ⁊ plus vult Bart. in .l. proinde .ſ. eo. ꝙ ſi mutatur curſus monete antique ante moram debitoris ꝙ debitor poterit ſoluere de antiqua moneta. Cuius contrarium vult ipſe Barto. in .d.l. paulus: quod vltimum tangam in .d.l. proinde .ſ. eo.

¶ Succeſſiue quero: ponamus ꝙ debitor qui mutuum accepit teneatur reddere ad paſcha pecuniam: decreſcit eſtimatio eiuſdem monete: an debitor tenebitur pro illa deterioratione Bar. i .d.l. paulus: fuit in mirabili opinione. Et ipſam ſequitur Ange. ibi diſtinguendo aut loquimur in moneta groſſa: que poteſt recipere eſtimationem per monetaʒ inferiorem: ⁊ tunc debitor tenebitur ſatiſfacere creditori de ipſa mora pro iuſto damno. Aut loquimur in moneta minuta inferioris gradus: ⁊ iſto caſu tenet Bart. debitorem non teneri ad eſtimationem: nec etiam poſt moram quia ſemper periculum erit creditoris: quia iſta moneta ita minuta non recipit eſtimationem per aliam monetam: vnde non poteſt dici eſtimatio variata ⁊ deteriorata: ſed potius dicti quoddam lucrum ceſſans: iſte defectus de nouo contingens: cuius lucri non haberet conſideratio quando debetur pecunia: ſed non habetur ratio damni ꝙ penes eſtimationẽ conſideratur .l. nummis. ff. de in litem iuran. Et ſic vult Bar. ꝙ in moneta iſta minuta potius cenſeamꝰ lucrum ceſſans quã damnum emergens: quod lucrũ ⁊ intereſſe extrinſecus non venit in nummus ſm damnum: vt dixi in .l. ſi ſterilis .§. ſi per venditorem .ſ. de actio. emptio. d.l. nummis: ⁊ .l. ſi ita fideiuſſorem .ſ. de fideiuſſoribus.

¶ Cõmuniter tamen iſta opinio Bar. non ſeruatur in practica: neq; tenetur: quia indiſtincte in quacunq; moneta periculũ ſpectat ad moroſum: ita Lauden. in tractatu ſuo monete: referens Cy. ⁊ doc. in .d.l. in minorũ .C. in quibus cauſis reſtitu. non eſt neceſ. Jo. an. ⁊ doc. in .d.c. quãto. ⁊ Ang. in .d.l. paulus .ſ. de ſolu. Sed in hoc decipitur Marti. lauden. hic in tractatu ſuo notularum Bar. que cõmuniter reprobantur: nec ſeruantur in practica. idem tenent Imol. ⁊ do. Ant. in .d.c. quanto: quia iſte pecunie inuicem functionem: ⁊ equipollere videntur: quia ſicut .xij. denarij faciunt vnum ſolidum: ita vnus ſolidus facit .xij. denarios. Et iſta opinio videtur verior: tamen quia poſt moram debitor tenetur ad intereſſe ſiue conſiſtat in lucro ſiue in damno .l. iij. in ſi .ſ. de eo quod certo loco: ⁊ quod veniat itereſſe in lucro tenet Glo. ⁊ Doc. cõmuniter poſt Bar. in .l. j .C. de ſenten. que pro eo

que pro eo quod interest: ergo venit illud interesse extrinsecum in minima pecunia sicut in grossa: tamē quia mora semper debet nocere moroso. l. quod te. ff. eodem si certū peta. l. si ex legati causa. ff. de obligatio. c. mora cui. de regul. iur. in. vi. tamen quia non potest assignari ratio diuersitatis inter monetam grossam ⁊ minimam: quia si mutuaui tibi centum florenos in pecunia minuta: certe post moram tuam augebitur estimatio: puta si princeps mandaret imperialem: qui expendebatur pro vno imperiali quod expendatur deinceps pro vno cum dimidio: certe debitor morosus tenebitur satisfacere creditori: quia mora debet esse sibi nociua: ꝙ tuus dominus Anto. ⁊ Imo. in. d. c. quanto videntur saluare Barto: quando augetur estimatio monete grosse: puta mutuaui duodecim libras tempore quo ducatus valebat quattuor libras: si postea veniat ad quinque: mutuans non poterit petere ꝙ tuus cum duodecim libris potuisset acquirere tres aureos tempore mutui ⁊ nunc non: quia non patitur dānum sed perdit lucrum: ⁊ hoc modo saluatur Bar.

¶ Secundo si variatio ⁊ diminutio monete minute cōtingeret post moram: quia creditor poterit cōsequi a debitore in quo damnificatur: quia habet damnuz contingens ⁊ non lucrum cessans. Solitus sum sequi vnam opinionem contra Bar. quia data cōmuni opi. Bart. pro vera si creditor esset persona que consueuisset verisimiliter mercari siue lucrari non esset dubium tunc ꝙ haberetur ratio interesse ratione lucri cessantis. l. iii. §. si. incipit in hanc arbitrariam. ff. de eo ꝙ cer. loco. ⁊ declarat Bar. in. l. i. C. de sentē. que pro eo ꝙ. Et ibi in hoc tractat Angel. Imol. ⁊ Cuma. in. d. l. paulus: ⁊ pulchre Moder. hic sed dato etiaz ꝙ non esset mercator nec solitus mercari: tamen indistincte tenebitur debitor ad estimationem in quacūque moneta per ar. ⁊ rationes quas. ff. adduxi: ⁊ sic est expeditus iste passus.

¶ Tertio quero pone mutuaui tibi centum ducatos: qui nunc valent libras quattuor ⁊ septem solidos pro quolibet: pone ꝙ tempore solutionis fiende augeatur valor ducati: an debitor tenebitur soluere ⁊ poterit soluere centum ducatos habito respectu ad estimationem currentem ipsius mutui vel ad estimationem currentem tempore solutionis: prout sibi esset vtilitas. Et sic questio stat in hoc: an inspiciamus tempus contractus vel solutionis: Bart. in. l. cum certum per tex. ibi. ff. de auro ⁊ argen. legato: tenuit ꝙ inspicitur tempus solutionis ⁊ non contractus: ⁊ idem tenet Bar. in. d. l. paulus circa principium vltime colum. idem tenuit Bal. hic per text. in. d. c. quanto: ⁊ in cle. si. cum ibi notatis de deci. allegat Bald. in addi. ad Specu. in titu. de solu. §. nunc aliqua ver. si.

¶ Contrariam sententiam tenuit Alberi. hic per tex. in. l. nostra. idem tenet Bal. in. l. acceptam in. xvii. q. C. de vsur. vbi arguit ad partes ⁊ tandem concludit ꝙ considerari deberet tempus contractus ⁊ non solutionis: ⁊ mouetur friuola ratione: quia debitor pecuniam intrinsecam conuertit in suos vsus: ⁊ suam vtilitatem: ergo non debet lucrari cū aliena iactura. l. si vina que in olijs erant. ff. de pericu. ⁊ cōmo. rei vendi. vt dixi friuola est ratio. Clarius tamen per multa argumenta ꝙ attendamus tempus contractus tenet Jac. butri. in questione sua incipiente questio tamen preponitur alias incipit quidam colonus: quia pecunia est in contractu ⁊ obligatione: ⁊ certum est quid quale ⁊ quantum datū fuit: ideo tenetur reddere de moneta antiqua ⁊ vsitata tempore contractus vel illius estimationis ⁊ istud in omni dispositione argumento. l. si stipulationum quedam certe sunt. ff. de verbo. obliga. ergo debitum esset in actione. l. certi conditio in principio ⁊. §. primo. ff. eodem: ⁊ pro ista parte adduxi l. fundum vendi. ff. de noua. ⁊ quedam alia. Alias ista questio fuit in contingentia facti: vt refert Lauden. hic qr dux Mediolani emerat maximam quantitatez salis a dominis Genuensibus certo precio florenorum: quorum estimatio fuit postea mutata ⁊ variata: ⁊ fuit consultum per plurimos doctores huius collegij cōsiderandum fuisse ⁊ cogitandum tempus cōtractus ⁊ non solutionis. Lauden. hic in hoc dubitat ⁊ non firmat pedem sustinens sic posse distingui: aut dies adijcitur solutioni: ⁊ tunc inspicitur tempus solutionis in hoc modo procedit doctrina Bar. in. l. cum certum. ff. de auro ⁊ argen. legato: ⁊ bene probatur ſm eum in. l. contraxisse. ff. de actio. ⁊ obliga. aut non est statuta dies solutioni: ⁊ isto casu inspicitur tempus petitionis per casum in. d. l. vinum: nisi debitor fuisset in mora: quia odio morosi inspicimus tempus contractus: qr mora debet esse semper nociua moroso. d. l. quod te: ⁊. l. mora. ff. de vsuris. Et isto casu procedat opinio Jac. but. Alberi. ⁊ sequacium.

¶ Ego indistincte teneo tempus contractus inspici in estimatione extrinseca penitus quia ita tenuit Azo fons iuris: vt vtar verbis Bal. in. l. contractus. C. de fide instrumentorum: qui ita tenuit in suis brocardicis: vt refert ⁊ sequitur Oldra. Lauden. in consilio suo. xxxi. in si. ⁊ aliquid tangitur in consilio. clxviij. Et ideo in omni cōtractu siue locationis siue mutui: siue alterius attendimus tempus contractus ēt quantum ad bonitatem extrinsecam: ideo variata estimatione tenebitur debitor ad illam estimationem: que currebat tempore cōtractus ſm Azo. ⁊ Oldra. idem tenuit Panor. in quarto notabili post Imol. ⁊ dominus Anto. in. c. cum olim extra de censibus. Jo. an. ⁊ cōmuniter Docto. in. d. c. quanto: Pe. de ancha. post dominum Cardina. ⁊ Imol. in clemen. si. per tex. ibi in verbo consuetam de decimis: ⁊ ita tenent cōmuniter Moder. ⁊ dixit Pet. de ancha. in dicta clemen. si. fuisse consultuz doctorem suū in ciuitate Auxoli: vbi quis dederat in dotem florenos ducētos boni auri: quo tempore minus expendebātur pro libras quattuor ⁊ solidis decem: consuluit ꝙ debuit restitui florenos ducentum auri: qui erant in obligatione: nisi tempore cōtractus fuissent dati in dotem ad rationem librarum ⁊ non florenorum simpliciter: quia tunc illa estimatio deberet reddi ⁊ non maior: ⁊ hoc habuisse a Bar. ff. d. l. paulus. ff. de solu. de quo vltimo videbimus. ff. in. xi. q. ⁊ est expedita tertia questio.

¶ Quarto quero quid in legatis pecuniarijs factis in testamento quod tempus attendimus variata estimatione vel tempus testamenti vel mortis vel adite hereditatis. Prima fronte videtur considerandum tempus mortis. §. dispo nat: in auten. de nupt. ⁊ lex semper est in viridi obseruantia. l. arriani. C. de here. ergo videtur legasse eo tempore quo moriebatur. Sed istud argumentum potius facit contra: qz ista doctrina ⁊ opinio probatur ꝑ doc. Bar. Bal. ⁊ Ange. in. l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de lega. i. Bart. in. l. si. §. i. ff. de libe. lega. in. l. si. §. i. ff. de fun. instru. ꝟ instrumento ꝙ legato: vbi dicit quod si maritus legauerit vxori furmentum in horreo suo vel in domo sua existens: si testator postea illud consumpserit ⁊ aliud furmentum imposuerit: quod vxor habebit illud quod reperitur tempore mortis in horreo: sed ista doctrina nihil etiam facit: quia illa decisio procedit non ex natura verborum sed ex presumpta ⁊ interpretatiua voluntate testatoris ſm Bal. ⁊ Ange. in. d. §. qui quinque. In hac. q. Oldra. in dicto consilio. xxxi. decidit debere solui de moneta vsuali currenti ⁊ expendibili tempore testamenti per tex. in. l. vxori. §. testamento. ff. de lega. iij. l. medico. ff. de auro ⁊ argen. legato. l. aurelius. §. testamenti ⁊. §. titij. ff. de libe. leg. ⁊ ita sequuntur Bal. Alberi. ⁊ Moder. hic: ⁊ semper fuit admiratus quod tanti patres non allegauerunt glo. singularez approbatam: ⁊ perpetuo memoria dignā. in. l. penulti. ff. de fun. instru. que decidit quod in legatis particularibus: siue rerum siue pecuniarum semper attendimus tempus testamenti: sed in fideicōmissis vniuersalibus ⁊ legatis: attendimus tempus mortis testatoris.

¶ Quinto quero quid in legibus ⁊ statutis facientibus mentionem de pecunia seu imponentibus penam pecuniariam: quod tempus attendimus in estimatione pecunie. Prima fronte diceret quispiaz attendi tempus statuti ⁊ legis sicut tempus testamenti ex doctrina aurea ꝙ statuta magis equiparantur vltimis voluntatibus ꝙ̄ contractibus: ita Nico. de matarellis quem sequitur Bal. in. l. penulti. in si. penul. colum. versicu. quero quid in verbis legis vel statuti. C. de verbo. significatio. idem Bald. in pace constantie in verbo nos romanorum: Bart. in. l. omnium. C. de testamē. ⁊ in. l. i. post glo. ibi secundam. C. de his quibus vt indig. videte latius per Alexan. in. l. si ita stipulatus: in quinta colum. ff. de verborum obligatio. Et ego latius in consilio meo eleganti ꝙ incipit magnificus dominus Agutio recte. Attenta in hoc passu veritate fore arbitror quod aut statutum loquitur circa solemnitatem puta dicit statutum ꝙ donatio excedens quingentos aureos debeat insinuari: prout etiam de iure communi est: ⁊ isto casu attendimus tempus legis vel statuti: aut statutum disponit super solutione pecunie faciende: isto casu inspicimus tempus quo debet solui ⁊ quo

¶ Sequitur disputatio super materia mutationis monete disputata per dominum Jacobum de puteo. ll. doctorē anno. M.cccclxx. continens alios duos articulos alterius materie qui omittuntur q̄ non conferunt ad hanc materiam.

Mutuum ticio factum est librar. x. mille cū valeret ducatus grossos. xx. aucta est mōeta vt ducatus valeret. xxiiij. grossos repetitur mutuum. negāt heredes debitoris factū fuisse mutuū ⁊ casu quo appeat de mutuo facto solutione pecunie currētis se dicunt liberādos.

¶ Ex quo themate dubium orit. ¶ Utrū pecunia dēat reddi secundum cursum temporis ɔtrus an secundū cursum temporis solutionis.

¶ Et primo videtur ꝙ ſm tempus contractus alias non liberetur debitor videt casus in. c. olim causam extra de censi. ⁊ in. c. cum canonicis eo. titu.

¶ Secundo videtur casus in. c. quanto extra de iureiuran.

¶ Tertio videtur casus in. l. paulus. ff. de solu. nam si creditor cogeretur accipere ſm alium cursum q̄ dederit ipse cogeretur accipere in aliam formam cum suo damno ergo ⁊c. ꝙ hoc fit cum suo damno patet quia dando. xx. grossos liberaretur pro quolibet ducato quia ⁊ si tunc valebat tēpore contracti mutui vn3ia piperis vnū grossum vnde pro singulo ducato hūisset. xx. vncias piperis si ducatus ascēdit ad xxiiij. grossos etiam precium piperis ascendet ⁊ ꝙ tunc valebat. xx. nunc valebit. xxiiij. vnde si das mihi. xx. tantum pro quolibet ducato patior damnum ideo ⁊c. Et hoc stante ēt habundantia specierum res. n. pecunia comparabiles sequūtur cursum pecunie secundum Alberic. in. l. cum quid. ff. si cer. pet. ⁊ hoc quotidie fit ⁊ pro hoc. C. de vete. numis. po. l. ij. ecce ꝙ respectu rerum comparabilium propter quas inuēta est pecunia. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussoribus creditor patitur damnum quia ex hac pecūia pro omni ducato habebit minus piperis q̄ tunc habuisset ⁊ sic de singulis speciebus vnde debitor soluēs non liberatur vnde quidā quos refert Cyn. in. l. j. C. in qui. cau. in integ. restitu. non est ne. ⁊ hutrius in. c. quanto extra de iureiuran. dixerunt bonitatē pecunie consistere in estimatione preterea dicitur pati dānum eo ipso ꝙ redditur ei pecunia in alio cursu ⁊ sic in alia forma contra voluntatem suam ar. insti. de actio. §. preterea ⁊. l. si. ff. de vsu. ⁊ ha.

¶ Quarto ad idem: nam in mutuo vt debitor liberetur non solum oportet reddere idem in bonitate intrinseca sed etiā in extrinseca sed isto casu debitores soluentes pecuniam in cursu in quo nunc est non soluit tantūdē bonitatis intrinsece ergo ⁊c. maior de se nota minor probatur quia si redderetur ad materiam rudem non tantum esset mā redacta quātum mutata.

¶ Quinto ad idem facit. nam sicut tota pecunia reprobata debetur estimatio antique vel ꝺ ipsa antiqua si reperitur vt. c. olim ⁊. c. cum canonicis extra de censi. ergo ipsa in parte diminuta. i. in cursu debebit de ipsa dari ad rōnē cursus antique monete vt idē sit argumentū partis ad partem qꝺ est de toto ad totum ar. l. que de tota. ff. de rei ven. ⁊. l. ij. sic ff. de vsur. ⁊ sic isti debitores non liberabuntur soluendo pecuniam in cursu in quo nunc est sed oportet soluere de pecunia currente tempore mutui facti.

¶ Sexto ad idem adducuntur multe leges dicentes tēpus contractus spectari debere. l. vxore. §. testamento ⁊. l. vxori sue de leg. iij. ⁊. l. medico in prin. ⁊. l. si. ff. de libe. lega. ergo quo ad cursum pecunie inspicitur tempus contracti mutui.

¶ Septimo arguitur sic in mutuo qualitas data tempore contractus limitat contractum. l. cum quid. ff. si cer. peta. ⁊. l. triticum. ff. de ver. ob. sicut regulariter dicitur in dote. l. his in dotem. ff. de iure dotium cum ergo presupponat pecuniam datam tempore quo minus valebat duc. ꝺ moneta videtur contractum vt pecunia reddatur in eodem cursu vnde si in stipulatione mutui reddendi non dicatur q̄le ⁊ quātum reddi debet tamen dī certa stipulatio quia agitur tacite vt tale reddatur secundum qualitatē eius qꝺ accepimꝰ vt dixit glo. in. l. stipulationes non di. ⁊. l. vbi autem in princi. ff. de ver. ob. ⁊. l. certi cōditio. ff. si cer. pe. ⁊ doct. ibi no.

¶ Octauo arguit sic vbi aliquid venit iure obligationis tps cellebrate obligationis attenditur nec inspicitur quid postea sequatur. l. fundum cornelianum. ff. de noua. l. hominē ff. mand. cum ergo in cursu sit pecunia mutata inspicitur tēpus contractus non aūt tempus solutionis.

¶ Nono arguitur. l. cauetur ꝙ vbi pmissi tibi. x. solidos ꝙ locū habet certi conditio ⁊ hoc est quod dicitur certū peti l. certi conditio in princip. ⁊. §. qui. l. certum. ff. si cer. pe. l. vbi autem. §. qui sortem. ff. de verbo. obliga. sed si esset verū ꝙ ista pecunia deberetur que per tempora variatur diceretur promitti incertum q̄ incertum genus pecunie esset in obligatione ⁊ sic esset incerta obligatio ⁊ sic cessaret certi conditio contra predictas leges.

¶ Decimo arguitur obligationes non sunt extendende ad non cogitata. l. cum acquilia. cum ibi nota. ff. de transac. ⁊. l. sub pretextu. C. de transactio. s3 quod iste cursus mutaretur non est cogitatū. Ergo ad eū non porrigitur oblō nec soluō.

¶ Undecimo verba in dispositione prolata referuntur ad tempus dispositionis. l. si ita. ff. de auro. ⁊ ar. lega. cum sy. ergo pecunia nominata in contractu debet intelligi nominata ſm cursum quem habebat tempore contractus pro hoc facit quod dicit guil. de cu. in. l. vinum. ff. si cer. peta. vbi dicit ꝙ contractus simpliciter factus intelligit de vsuali pecunia.

¶ Duodecimo oppo. de. l. bonitatis. ff. de euictio.

¶ Tertiodecimo vr̄ ꝙ titulus questionis non procedat q̄a semper vnica certa ⁊ perpetua est nummorum estimatio presens ergo titulus questionis qui presupponit varietatem in pecunia non procedit ꝙ sit vnica probat in. l. ideoq3. ff. de eo. ꝙ cer. lo. ꝙ sit perpetua probatur in. l. j. ff. de contrahen. emp. ⁊ ꝙ sit certa probat in. l. nummis. ff. de in litem iurā.

¶ Decimoquarto opponit. de. l. creditor alias incipit paulus. ff. de solu.

Añquā ad solu. argumētorū veniā aliq̄ presupponā qbus clarior fiet argumentorum solutio.

¶ Unde sciendum est ꝙ quidam sunt contractus in quibus quiditas qualitas ⁊ quātitas rei date inspicitur ⁊ tunc excipiens tempore ɔtrus h3 lucidare quiditatem qualitatem ⁊ quātitatē obligationis idest ostendit ad qd quale ⁊ quātū obligatio cōtratur vt est in mutuo. l. cum quid ⁊. l. certum ⁊ l. certi conditio. ff. si cer. pe. vbi glo. de dote vero est casus ī l. res in dotem. ff. de iure do. hinc descēdit ꝙ stipulatio ⁊ obligatio mutui semper dicitur certa vt ex predictis. ll. p3 ⁊. l. stip. in certum ⁊. l. vbi autem. ff. de ver. obl. rō q̄ ibi est semp obligatio respectiua eius qꝺ datum est vt in omnibus predictis legibus probatur. ¶ Secundo sciendum est ꝙ bonitas seu qualitas alicuius rei ſm legistas est duplex quedā intrinseca quedam extrinseca intrinseca nihil aliud est nisi quedam qualitas substantie inherens ſm quam ipsum subiectū quale dī que proprie per nomina adiectiua ostenditur. l. cū quid ibi eque bonum. ff. si cer. pe. ⁊. l. certum vbi glo. ff. cod. ti. si cer. pe. ⁊. l. vbi aūt vbi glo. ff. de ver. ob. aliqñ tamen nedū qualificantur nomina sed ēt pronomina ac ēt verba. Et q̄litas verborum proprie demonstratur per aduerbia iuncta verbis. l. pompo. vbi glo. ff. de neg. ge. ⁊ ibi doct. Est. n. aduerbium ſm grāmaticos vim virtute hñs verbi adiectiuum vt iste gessit bene negocia mea denotat gestionem fuisse bonam. Et de hoc Bald. aliqualiter in. l. certum. ff. si cert. pe. bonitas autem extrinseca considerata a legistis proprie non est qualitas q̄ non inheret subiecto ⁊ accidens sed ista attenditur penes estimationem ⁊ preciū rei vnde dicitur res facta vilior in bonitate extrinseca eo ipso ꝙ in precio vilior facta est. l. vinum. ff. si cert. peta. ⁊. l. ibac. ff. de tritICaria ⁊. l. ⁊ ideo. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp. Et hec bonitas extrinseca recipit augumentum ⁊ diminutionem: nedum mutata bonitate intrinseca: sed in eadem bonitate intrinseca mutata ex varietate locorum ⁊ temporum. l. ideo q3. ff. de eo ꝙ certo loco. l. precia rerum. ff. ad. l. fal. l. oleo ⁊. l. frumenti. C. de vsur. ¶ Attende tamen ꝙ bonitas intrinseca in mutuo ⁊ in dote venit tempore obligationis ⁊ inspicitur bonitas intrinseca: que tempore contractus erat bonitas ſm glo. ⁊ doc. in. d. l. vinum qualitas vero adiuncta verbo intelligitur ſm tempus verbi: cui adiungitur. l. in delictis. §. ſ extraneus. ff. de noxa. vbi Bart.

¶ Tertio scias ꝙ sicut in aliis speciebus: vt vino oleo ⁊c. Illa duplex bonitas de qua. s. proxime dixi: inspicitur ita ⁊ in pecunia. Nam in pecunia bonitas intrinseca attenditur: circa duo scilicet materiam ⁊ pondus: vt scilicet sit materie probe ⁊ bonitas ponderis: ⁊ debet ita in pondere ordinari ab illo qui habet auctoritatem condende pecunie: vt percusso illo caractere publico ⁊ extensa illa forma publica non plus valeat neq; plus appreciet̃ ꝙ̃ valeret illa rudis materia. Expense enim sm̃ legistas ex publico fiende sunt sm̃ dicto. in. d. l. paulus. ff. de solu. Bar. ⁊ Bal. in. l. ij. §. i. ff. si cer. peta. ⁊ l. cum quid. Sed sm̃ Cano. ⁊ Innocẽ. in. c. cum olim ⁊. c. cum canonicis extra de censibus: ⁊ Butri. in. c. quanto: extra de iureiuran. sumptus isti non sunt fiendi ex publico immo moneta tantum valere: debet in illa forma publica: quantum in rudi detractis expensis: que in condenda ea fiunt: ne suum officium cuiq; sit damnosum. l. si quis ex signatoribus. ff. quẽadmo. testa. aperi. Et sicut princeps ipse vel alius condens pecuniam non sentit emolumentum. Ita nec debet sentire damnum. l. valer. ff. de ex quib. cau. maio. cum similibus. Et hanc opinionem conseruat consuetudo: vt refert Bar. in. l. ij. §. mutui. ff si certuꝫ petatur: ⁊. l. quicũq; falsam. ff. de fal. huic descendit ꝙ si pecunie in iusto põdere diminuantur: dicuntur defraudari: vt. d. c. quanto: extra de iureiuran. ibi legitimo pondere fraudata. Attenditur igitur bonitas intrinseca: vt predixi penes materiam vt pecunia sit materie probe: quanto enim materia ex qua pecunia conficitur minus eris in se habet pecunie dicuntur meliores. l. creditor: ibi erosam: ⁊ ibi Glo. ff. de solu. ⁊. l. j. ibi edocta. est materia. ff. de contrahen. emptio. facit. d. c. quanto: ⁊. c. cum canonicis: ⁊. c. olim causam: ⁊ Glo. l. ij. §. j. ff. si cer. peta. ⁊. l. j. in fi. ⁊. l. cum auri certum. ff. de auro ⁊ argen. leg. Et vltra hos casus. ll. ad has qualitates materie ⁊ põderis facit. l. j. C. de vete. numis. pote. lib. xj. ibi specie probe ⁊ debiti ponderis: ⁊ ibi Glo. ⁊. l. lecta. ff. si certum petat̃ in verbo proba. Bonitas vero extrinseca attenditur penes valorem idest cursum idest penes appreciationem passiuam ꝙ̃ illi materie mediãte forma publica p se dat habẽs potestatẽ pecunie cõdende. l. fi. C. de vete. numis. pote. ⁊. l. prohibitus nuncius. §. sin autem. ff. de auro ⁊ argen. legato que taxatio ⁊ cursus potest augeri ⁊ minui manente eadem bonitate intrinseca propter varietatem locorum ⁊ temporum. Nam aliquando propter guerras ⁊ caritudinem augetur valor pecunie ⁊ minuitur facit cle. fi. extra de deci. cũ glo. Et sic habetis triplicem alterationem pecunie due sunt circa materiam pecunie ⁊ pondus. Et hec concernunt bonitatem intrinsecam alia circa cursum: ⁊ hec concernit bonitatem extrinsecam: ita videntur sensisse doc. in. l. cũ quid. ff. si cer. pe.

**His** Sic premissis venio ad solutionez argumentoꝝ.

¶ Et primo ad primuꝫ argumentũ. c. olim cãm. Respondeo ꝙ ibi interuenerat pecunie mutatio ex bonitate intrinseca: quia facta deterior in põdere vel materia: hic autem nulla interuenit mutatio intrinseca sed extrinseca. s. in cursu: vnde sufficit ꝙ debitor reddat in eadem bonitate intrinseca licet bonitas extrinseca mutata sit: quia ipsius ratio non habetur nisi a tempore more. l. vinum. ff. si cer. peta. l. in hac. ff. de triti. Et sic in argumẽto cõtrario nõ liberatur debitor: q: ratio bonitatis intrinsece venit iure obligationis ⁊ tempore contractus. Et hunc intellectum ad illud. c. tenent Inno. ⁊ Jo. and. vt refert Butrius in. d. c. quanto de iureiuran. ⁊ hic intellectus persuaderi potest. Nam ibi dicitur ꝙ tres lucenses antiqui valebant sex ex illis qui sunt hodie in vsu. hoc autẽ esse non põt nisi dicamus illos qui nunc sunt in vsu fuisse factos deteriores in bonitate intrinseca: q: licet principi augere valorem pecunie in forma magis ꝙ̃ in materia in pauco ⁊ non in multo. Aliter peccat mortaliter ⁊ potest ad superiorem appellari: vt. d. c. quanto: ⁊ ibi per Butrium: sed nemo diceret ꝙ augumentuꝫ dupli nõ sit magnum augumentum argu. l. ij. C. de rescin. vendit. Idem respõde ad. c. olim causam: quia ibi mutata est moneta ⁊ noua in locum eius subrogata: cuius subrogate bonitas intrinseca melior erãt ꝙ̃ pecunia que erat i vsu: ⁊ canonici volebãt de meliori que currebat sibi solui quo casu dicit papa: vt ibi in ipsa vero materia bonitas itrinseca remanet firma: licet extrinseca mutata sit: quo casu dicatis: vt supra dixi.

¶ Secundo argumento. c. quãto: respondeo ꝙ ibi mutata est pecunia in bonitate intrinseca: patet quia fuer: ⁊ legitimo pondere fraudata: vt ibi dicitur ⁊ põdus est bonitas intrinseca: vt dixi in tertio presupposito: ⁊ hoc dicit glo. in. c. quanto in hac autem questione solũ dicitur bonitatem extrinsecam scilicet cursum pecunie esse mutatum.

¶ Tertium argumentũ. l. paulus. ff. de solu. nõ obstat: q: licet hic sit mutatus cursus pecunie nõ tamen dicitur creditor accipere in alia forma ꝙ̃ dederit cum remaneat bonitas intrinsece pecunie ⁊. l. paulus. ff. de solu. habet alios intellectus: primo ꝙ si creditor mutuasset grossos venetos non cogeretur accipere marchetos vel bagatinos. vt si esset passurus dãnuꝫ: vt sm̃ Ange. in. d. l. paulus: si creditor erat magnus negociator ⁊ cum negociaretur in longinquis partibus magnuꝫ damnum pateretur si monetã mutatam detulisset: si ergo non est passurus damnum licet dederit grossos cogitur accipere mar. hetos ⁊ so i: inos per glo. in. d. l. paulus: ⁊ in. l. si ꝗs argẽtum: ⁊ ibi glo. secuti sunt Bar. ⁊ cõmuniter vltramõtanj. Jaco. de ranẽ. Butri. Rizar. malũ. in. l. ij. §. j. ff. si cer. peta. dummodo soluat in eadem materia ⁊ in eadem bonitate intrinseca: ⁊ tunc fictione iuris non dicitur aliud soluere cum pecuniam in genere suo recipiat in diuersa autem materia solui non posset sm̃ Bar. ⁊ videtur glo. in. d. l. que extrinsecus. ff. de verbo. obligacio. ⁊ Bar. dicit in. d. l. paulus: ⁊ ibi etiam Ange. dicit tamen idem Bar. in. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solu. ꝙ si instrumentum debiti dicit ꝙ si promisisti ticio decem in pecunia grossa ꝙ propterea in pecunia grossa non potest solui alia pecunia siue creditor sit passurus damnum vel non. Et sic hoc casu non habet locum. l. paulus: plus posset attemptari ⁊ dici contra cõmunem opinionem: ꝙ pro pecunia mutata posset alia pecunia in diuersa materia solui: vꝫ ꝙ pro pecunia aurea potest solui argentea: ⁊ ecõtra ⁊ hoc vult. d. l. paulus: nisi creditor damnum passurus sit: facit. l. etiam ⁊. l. tacite. ff. de auro ⁊ argento legato. Et pro hoc videt̃ casus in. l. que extrinsecus in fi. ff. de verbo. obliga. iuncto. §. si de alia: insti. de inuti. stipula. Nam si respondeatur de alia re: ꝙ̃ sit facta interrogatio: non valet stipulatio in contrarium si de illa. Et tamen pro pecunia argentea ad quã facta est interrogatio: potest fieri responsio in aurea ⁊ ibi sentit Text. ⁊ Glo. ⁊ Bart. ibi destruunt illam. l. Et pro hoc etiam facit. l. j. ff. de cõtrahen. emptio. vbi dicitur ꝙ pecunia prebet vsum fun: tam ex substantia ꝙ̃ ex quantitate que dictio ꝙ̃ potest stare electiue ⁊ erit sensus ꝙ in pecunia non tam attenditur substãtia ⁊ materia ꝙ̃ quantitas: vt decem libras vel viginti datarum mutuo. Et hoc est hodie expeditum: quia pro pecunia argentea possunt solui ducati aurei: quia ita obseruat consuetudo faciunt notata per glo. in. d. l. si quis argentum: ⁊ Docto. in. d. l. que extrinsecus: ⁊ in. d. l. paulus.

¶ Ad rationem autem qua dicitur ꝙ creditor pateretur dãnum: quia tempore dati mutui plures res habuisset propter suaꝫ pecuniam quã nunc respondeo ꝙ hoc consistit in bonitate extrinseca pecunie: cuius ratio non habetur nisi a tempore more. Nam si tibi dedi frumentuꝫ mutuo tẽpore: quo valebat grossos. xxv. vt nunc est: si reddas mihi in fine anni quo tempore valet grossos. xx. liberaris: dum tamen sit eque bonum in bonitate intrinseca. l. vinum cum ibi notatis. ff. si cer. peta. ⁊. l. in. §. in hac. ff. cõmo. ⁊ in. l. hac. ff. de triti. ⁊. l. si sterilis. §. si p venditorẽ. ff. de actio. emp. Appreciare enim vt pluris vel paucioris hoc magis prouenit ex diuersitate mercium ⁊ locorum ⁊ temporum ꝙ̃ ex mutatione ipsius pecunie sic dicit Bart. i. l. oleo: ⁊. l. frumẽti. C. de vsur. ⁊. l. ideoq;. ff. de eo: ꝙ cer. lo.

¶ Non obstat. l. ij. C. de vete. numis. pote. quia aliium habet illa. l. intellectum: vt ibi patet ex glo. in vltima expositione: sed iterum contra ⁊ videtur ꝙ non sit bonum simile de frumento ad pecuniam. Nam frumentum inuentum ⁊ a natura nobis datũ est vt eo vtamur ad substentationem vite nostre: vnde bonitas intrinseca ipsius frumẽti inspicitur respectu ipsius substantie frumenti nõ respectu eius precij pecunia autem ad hunc finez inuenta est vt res apreciet. l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideius. ⁊. l. j. in prin. ff. de ꝯhẽda emp. vnde hec est bõitas intrinseca ipsius pecunie. Ita tenẽt aliqui in. l. in minorum. C. in qui. cau. in integ. resti. non est ne. ⁊ in. c. quanto extra de iureiur. vnde quãto pluris res apreciat ipsam pecuniã tanto dꝫ dici melior ipsa pecunia ad hoc respondeo ꝙ bonitas intrinseca non ꝯsistit in apreciatione actiua rerum sed in pondere ⁊ in materia vt. s. clare in presuppositis probaui. nã apreciatio rerũ est quid extrinsecum

a pecunia

a pecunia ⁊ res varia appreciationē recipiant. Non tam ratione mutate pecunie q̄ ratione mutationis locorū ⁊ temporum. l. oleo: ⁊ l. frumenti. C. de vsur. ⁊ l. ideo. ff. de eo q̄ cer. lo. Fateor tamen q̄ quanto melior erat in bonitate intrinseca tāto pluris res appreciabit. Ita q̄ omnia reducuntur ad bonitatem intrinsecā pecunie. s. materie ⁊ ponderis cuius tantum fm doc. rationem haberi oportet ⁊ hic in hac questione debitores soluebāt in eadem bonitate intrinseca.

¶ Quarto non ob. q̄ non sufficit reddere mutuū in eadem bonitate intrinseca: nisi ⁊ idem bonitatis extrinsece reddat: q̄ respondeo q̄ debitor obligationis ex mutuo non obligatur ad corpora tot nūmorum soluēdorum: nec ad tantū pondus argenti: sed obligatur ad tantam quantitatē vt mille librarum. Nam in mutuo pecunie cōtrahitur mutuum respectu numeri ⁊ quantitatis nō autē respectu ponderis facit nō. per glo. ⁊ doc. in. l. ij. §. j. ff. si cer. pe. q̄ in aliquibus contrahitur mutuū respectu numeri: ⁊ numerus pecunie in aliquibus etiam fit mutuum respectu ponderis: vt argentū in massa: aliquando in mensura vt in frumento: quā obligationem dissoluere potest soluendo etiam pecuniā diuerse speciei ab illa que mutuo data est dū sit tamē eiusdem materiei ⁊ bonitatis itrinsece. Nā si dedisti mihi mutuo libras duas in grossis venetorū vel florentie possum tibi reddere in soldinis ⁊ marchetis: dum tā ex hoc damnum non patiaris: qđ qualiter sit. s. proxi. contrario dixi. Et hoc est qđ dicit. l. j. ff. de contrahen. emp. in prin. q̄ pecunia non tam ex substātia q̄ ex qualitate vsum sui prebet: facit. d. l. paulus. ff. de solu. ⁊ l. si quis argentū. C. de dona. ⁊ l. ij. §. j. ff. si cer. pe. cū vbiq̄ nō. per glo. ⁊ docto. in. l. que extrinsecus. §. fi. vbi Bar. ff. de verb. obli. ⁊ de hoc dixi. s. in proxi. contrario. Et si instas q̄ non tantū recipit argenti quantum dedit mutuo: q̄ dico q̄ hoc non est attendendum: q̄ expectare ⁊ cogitare q̄ nūmi conflentur ⁊ reducantur ad materiam rudem est expectatio tristis euentus qui non est expectandus. l. iul. ff. qui. ⁊ a quibus. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verb. ob. Grauissima enim pena puniuntur qui pecunias principis radunt vel tingunt: de quo glo. in. c. quanto: extra de iureiur. ⁊ l. quicūq̄ cū seq. ff. de fal. Est ergo in solo principe: hoc qđ permittat pecuniam conflari: ⁊ que in solo principe sunt quasi impossibilia iudicantur. l. apud iul. §. j. ff. de leg. j. ⁊ l. continuus. §. sub hac. ff. de verb. ob. vbi glo. s; bis ob. l. j. in fi. ⁊ l. cū auri certum. ff. de au. ⁊ arg. leg. so. ibi non dicitur q̄ debitor qui ob mutuum obligetur ad tantū pondus argenti in massa: q̄ mutuum pecunie contrahitur respectu numeri ⁊ quātitatis denarior fm glo. in. l. ij. §. j. ff. si cer. pe. non respectu ponderis seu quātitatis masse rudis: ⁊ l. cū auri certum: ⁊ l. j. in fi. bene dicunt: q̄ legato argēto potest solui pecunia ratio fm glo. quā sequitur Pe. est fauor vltime voluntatis qui operatur: vt pro argento possit solui pecunia: sic ⁊ aliq̄ contingit fauore exercentis liberalitatem. l. si quis argentū in prin. ff. de dona. vbi glo. firmat hanc opi. quā seqtur Jac. de are. Jac. but. ⁊ Ricar. malū. Bar. tā in. d. l. paulus: cuius opi. cōmunior est tenere videtur q̄ ibi nullū sit speciale fauore vltime voluntatis. Sed istud procedit fm eum: qñ pecunia percussa caractere publico tanto expedi dz quantum valeret in massa rudi. Sed vere nō potest negari: quin sit fauor vltime volūtatis: vt legato argēto possit solui pecunia ratio specialitatis cur magis pecunia q̄ aliud solui possit: est q̄ pecunia in forma: affert tantam vtilitatem quantā in materia rudi. Et hic bene potest facere ratio Bar. ⁊ sequaciū: ⁊ q̄ sit speciale: patet q̄ etiā pro argento legato pōt solui pecunia aurea. l. ticie: amite mee. ff. de au. ⁊ arg. leg. Est ergo speciale in hoc primo q̄ pro argento pōt solui pecunia: ⁊ hoc fauore vltime voluntatis: ⁊ illa rōne Bar. q̄ pecunia pcussa in forma publica tātam affert vtilitatem quantā in materia rudi. Nec fauor vltime volūtatis de per se sufficeret: nam si deberes mihi librā argenti ex mutuo non liberaris soluendo estimationem: q̄ dato q̄ pecunia ipsa posset cōflari: ⁊ sic ad massam primā reduci. Ego nolem hunc laborē sic ⁊ ratio Bar. est bona: q̄ si tibi deberem sachum frumenti ex legato nō liberarer soluēdo preciū: q̄ illud precium non hz conformitatem in materia cū frumento simile est in portantibus argentum ad locū vbi cuditur pecunia. C. de anti. pōde. ⁊ de auri. illatori. ⁊. l. j. C. de argē. precio lib. xi. Et si dicis ad qđ ergo consideratur bonitas intrinseca in pecunia: cum non debeat reddi idē bonitatis intrinsece. Respondeo q̄ consideratur: quo ad hoc vt pecunia sit magis expendibilis ⁊ plures merces appreciet. Nā quanto esset magis erosa minus merciū appreciaret. Itē si erit bone materie ⁊ boni pōderis poterit etiā extra territorium exportari: qđ secus esset si esset male materie ⁊ mali ponderis: faciunt nō. p Ang. in. d. l. paulus.

